

pe. do **Cōplenda**

q̄st̄ne: vt animas  
uloy ab angelis lu=  
ptas ip̄parata ha  
a detuci facias bea=

pe. do **Oratio commu**  
**nis**  
deliura deus

omniū conditor et re=  
com mab<sup>2</sup> omniū fi=  
m̄ctorū remissio=

tribue peccato=  
gētia quā semper  
uis supplicationi

Qua t̄: **Q**ui viuiset  
as s̄d̄ne **S**ereta

obi o anima omni  
defuncta offe=



~~A. H. H. H.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
IC 177.  
SIGNAT. cIbIbCCCXIII.

Handwritten mark resembling a stylized 'S' or 'D'.













Spener (Philipp Jac.) in  
Erlangen theol. nat. zu  
Hauptberichter du 11 Jan:  
1635. Fulgte von August auf  
eine in Straßburg Wandl  
Brief von Studien in Straßburg  
Castel, Gust. Lion in Tubin-  
gen, ergh. zu dabon sendet  
auf die deutsche Historie, Geogra-  
phie, Genealogie, in auf die  
Meyern Kunst. anno 1635. in  
die die zehnte von Ferdin.  
Stoll zu Straßburg aufgetra-  
gen, id. 1635. zum Doctor  
theol. gemacht. an: 1635. in  
von Huguen. Geniet nach  
Straßburg an Mainz, alle  
an 1635. von Königl. Regie  
hinf. von Straftraßburg ge-  
hörig übermitteln zu. in  
von; unter dem Collegium  
nach 1635. alle die an









Consistorial Rath zu Weiden  
daselbst am 17ten Febr. 1705. Ist  
in 70 halbe. fe. satz. nach  
vorn Bedacht worden, unter  
andern mit großer Lust betra.  
u. ist zu verordnen, daß  
bey hiesigen Ingenieur, Corre-  
spondent, noch viel and.  
störichen Form. Unter dem  
selben auch auch die botan.  
die faugetliche Glaubend. die  
faugetliche Erben. flücht.  
Glaubend. d. Theolog. ist  
responsa; darunter in Latin.  
ist auch. Fortigke. über. die  
wird der rest. auch die  
Walpurg. ist. auch die  
Ordnung der gottl. ist. ist.  
Theatrum nobilitatis Euro-  
pae; Theoria infionum; is  
historia infionum; Illustre  
res gallicae ist. ist; Tabula



catechetica; In thätigen  
ist die Ketzerei notwendig  
mit dem Möglichen. Sub so-  
tignu; Einbildung der Fichte;  
Tabula Rodosopha In 1:  
Dammhauer; Einhorn-Fordigru  
in 12 Fische; Brunnengr  
Käufel-Gründigheit; Droid  
Dreyfou von der Amdrogo-  
bucht. In Lösung der  
Epistel Johannes; Colosse:  
Epistel. Silloge. genealogi-  
ca. Via de Fideia. Scagra-  
phia. Doctrina evangelica.  
Viel Droid. Dreyfou de  
Wysheit. Fichte. Fichte  
ingr. Dreyfou. Einhorn  
in der Fichte. Amoenitatis  
Literarius. (et N. G.)



ΕΤΑΥΡΩΣΙΝ  
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

*b. e.*

CRUCIFIXIO  
CHRISTI

Juxta circumstantias,

*quas*

*versiculo:*

*Quis? Quid? Ubi? Quibus au-*  
*xiliis? Cur? Quomodo? Quando?*

*nonnulli*

*incluserunt,*

*delineata*

*a*

Johanne Engelmann.

---

Cygnæ Cassitero Ebeliano

clō lōc LXXVII.

*U. Postquandis 20*  
*Januarium*





*PER-ILLUSTRIBUS AC GE-  
NEROSISSIMIS COMITIBUS  
ET DOMINIS:*

DOMINO  
**JOHANNI-FRI-  
DERICO,**  
S. R. IMPERII COMITI A SOLMS,  
DYNASTÆ IN VVILDENFELS ET TEUPIZ,  
DOMINO IN MÜNZENBERG, SONNE-  
VVALD, RÖDELHEIM, LABACH,  
BARUTH ET POUCH:

*UT ET*

DOMINO  
**HENRICO,**  
S. R. IMPERII COMITI A PROM-  
NIZ, LIBERO DOMINO IN PLESS, SORA,  
TRIEBEL ET NAUMBURG, HERE-  
DITARIO DOMINO IN KREP-  
PELHOF;



CRUCIFIXI CHRISTI  
AMATORIBUS,  
ET COMITIBUS AC DOMI-  
NIS SUIS CLEMENTISSIMIS,

PERENNEM PROSPERITATEM  
PROSPERAM SANITATEM  
SANAM LONGÆVITATEM

*PRECATUS,*

CUM PRECIBUS AD DEUM DEVOTIS

*DELINEATAM HANC*

CRUCIFIXIONEM CHRISTI

HUMILLIME

*AC*

SUBMISSE

*CONSECRAT*

Johannes Engelmann.



## Ad Lectorem Benevolum:


**T**otus Tibi figatur in corde, qui totus pro Te  
fixus est in cruce. Hisce Te cum Bernhardo  
alloquor, ut mecum crucifixionis Christi cru-  
cifixi memoriam dignè recolas. Tanta n. propter  
Te & me in cruce passus, ut ea æternâ memoriâ &  
memori gratitudine singulis momentis penitan-  
da sint. Quod & me movit, ut unice in crucifixi  
honorem (novit is qui omnia novit!) ea diligen-  
tius mecum reputârim, reputataq; Tecum commu-  
nicare constituerim. A proposito quidem absterre-  
re me prius conabantur diversa, quibus me expo-  
nerem, judicia; ast in viam me revocabat Johan-  
nes Crato à Craßheim in *præfat. Libr. Scalig. de  
Subtilit.* inqviens: *Non reprehensiones metuas, cū  
in nulli potestate esse scias, ut imminentium judi-  
ciorum expectationem exhauriat, & non quid mul-  
ti sed quid boni judicent, spectandum esse intelli-  
gas.* Quod superest sphalmata characterum, quæ  
occurrent, ut emendes oro, cum nec Argo tam  
felici esse liceat, ut omnia observet. In specie ex  
illis quæ spontè sese obtulerunt annoto p. 3. l. 20.  
leg. Hierem. p. 4. l. 13. add. ? p. 8. l. 15. add. IV.  
p. 29. l. pen. leg. (Vid. p. 51. cust. Joh. p. 54. l. 9.  
leg. memoria p. 58. l. 19. del. 5. XLIV. p. 71. l. 12.  
dederunt. p. 95. l. 17. leg. מְבֹרָךְ p. 96. l. 3. leg.  
mediante; p. 104. l. 14. LII. p. 119. l. 10. illo; re-  
liqua, quæ charta non capit, permutationem in-  
primis r & r, f & s, &c, ut ipse corrigas & faveas  
oro, obsecro,

Jesu





## Jesu Efficiente!

 τὸ ἔκρηνα τῶν εἰδένων τὴν ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὸν ἐσταυρωμένον. Verba sunt summi illius Gentium Doctoris et Ductoris 1. Cor. II,

2. Gravissima sanè et tanto Apostolo non indigna! Eruditus quidem erat in omnibus Ebraeorum et Graecorum (dicamne et Latinorum?) literis et scientiis; Præditus erat suavissimâ facundia, adeò, ut Mercurii nomen Lystrani ipsi imposituri essent Act. XIV, 12; quid? quod in tertio Cælo ἀρρητὰ ῥήματα audiverat; 2. Cor. XII, 4. Verū omnia hæc Corinthios viam veritatis celestis docturus doctrinæ de Christo eoque crucifixo non modo postponebat, sed

A                      etiam,



etiam, quasi omnis alius scientiæ pe-  
 nitus oblitus, simplicissimè crucifixi  
 scientiam, quia maximè necessaria,  
 prædicabat unicè et proponebat, in  
 hæc, quæ dixi, verba erumpens: in qui-  
 bus solùm et gloriabatur Gal. VI, 14.  
 Ἐμοὶ μὴ ῥώοις καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ  
 τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Eadem  
 mens fuit et mellifluo Clarevallensiu  
 Abbati Bernhardo, *Serm. XLIII, super  
 Cantic. fol. 155, col. 3.* Hæc (loquitur de  
 fasciculo myrrhæ, Christo passo et cru-  
 cifixo) meditari dixi scientiam, in his justiti-  
 æ mibi perfectionem constitui, in his plenu-  
 dinem scientiæ: in his divitias salutis: in his  
 copias meritorum. Ex his mibi interdum po-  
 tus salutaris amaritudinis, ex his rursus savi-  
 vis unctio consolationis. Hæc me erigunt in  
 adversis, in prosperis reprimunt, & inter læta  
 tristiaq; vitæ presentis viâ regiâ incedenti  
 tutum præbent utrobique ducatum, hinc inde  
 mala imminentis propulsando. Hæc mibi  
 conciliant mundi iudicem, dum tremendum  
 potestatibus mitem humilemq; figurant, dum  
 non



3.  
non solum placabilem sed & imitabilem re-  
presentant eum, qui inaccessibleis est principa-  
tibus, terribilis apud Reges terra. Propterea  
hæc mihi in ore frequenter, sicut vos scitis:  
Hæc in corde semper, sicut DEUS scit: Hæc sty-  
lo meo admodum familiaria, sicut apparet:  
**HÆC MEA SUBLIMIOR INTERIM PHI-  
LOSOPHIA, SCIRE JESUM, ET HUNC  
CRUCIFIXUM:** Quæ ultima verba Ju-  
stus Lipsius, juxta testimonium Jac.  
Lobbetii Tom. 1. p. 210. imitatus est: Cum  
enim in agone constitutus ab amico  
moneretur, ut memor esset, se esse  
Philosophum, quem deceret, talem  
se in morte, qualis in vitâ fuisset, præ-  
stare, respondisse fertur: *Apage istam  
Philosophiam!* conversus deinde ad cru-  
cifixi imaginem in hæc erupisse ver-  
ba: *En philosophia mea!* His assentitur  
Hieron. Drexelius Rhetor. celest. lib. 1.  
cap. 1X: *Sit tibi, inqvies, Jesus semper in  
corde, & nunquam imago crucifixi ab animo  
tuo recedat. Hic tibi sit cibus ac potus, dulce-  
do ac consolatio tua; mel tuum ac desiderium  
A 2 suum;*



4°  
uum; lectio ac meditatio tua sit vita &  
mors & resurrectio Jesu Christi.

Qvis, hæc perpendens, tantorum  
virorum vestigia non legeret? Quare  
& ego, CRUCIFIXIONEM CRU-  
CIFI CHRISTI in animum mihi  
revocare & penitus lustrare, mecum  
constitui, observaturo circumstantias,  
quas eruditi sequenti incluserunt ver-  
siculo:

QVIS, QUID, UBI, QVIBUS  
AUXILIIS, CUR, QVOMODO,  
QVANDO. Tuam autem prius (ut ar-  
voto Lipsiano, quo suos de cruce li-  
bros inchoat) opem auxiliūq; invocans,  
qui eam consecrasti, & infame illud lignum  
instrumentum fecisti publice salutis. Tu DEO  
à DEO genite, homo ex homine genite, homi-  
nibus genite, da mihi vera, da recta scribere,  
Tibi in honorem, cruci in splendorem, nobis  
in fructum.

§. I. Quæritur itaque primo QVIS?  
Qvis crucifixus? & respondetur simpli-  
cissime Jesus Christus, Dei & Mariæ

Fi-



Filius, Θεόν Ἰσὼπ <sup>§.</sup> ; quam assertio-  
nem, tūm in totum, tūm ex parte im-  
pugnârunt olim & etiamnum impu-  
gnant crucis Christi inimici plurimi.

§. II. In totum impugnabat eam  
olim (ut de Cerinthianis, Cerdonia-  
nis, Marcionitis, &c. qui Christum  
non verum corpus, sed *φάντασμα*  
aliquod saltem, assumsisse, adeoq; *κτ.*  
*δόνον* tantum, quare & Docitæ hi hæ-  
retici dicti, passum & mortuum esse  
assererant, hîc nihil dicam. *Videantur*  
Irenæus *lib. 1. c. 29.* Clemens Alexandri-  
nus *lib. 4. Stromat.* Tertullianus *lib. ad-*  
*vers. Marcion. § lib. 1. de carne Christi.*  
Epiphanius *her. 41. 42.* Augustinus *ad*  
*Quodvult DEUM, seu de heres. cap. 22.*  
Eusebius *lib. IV. Hist. Eccl. c. 8.* Theodo-  
retus *Dial. 2. c. 4.* Nicephorus *lib. 6. c. 31.*  
ut sileam etiam Manichæos, qui non  
Christum sed Diabolum ejus loco pas-  
sū esse assererant, teste Ægid. Strauch  
in Manichæismi recensione Historicâ



§. XXVII.) Basilides cum sociennis suis, vicarium ei substituens Simonem Cyrenæum, quem crucifixo angariaverunt (cum Vulgato, Beza & Xante Pagnino fontis ἀγάρσενον retinentibus loquor) sive vi eò egerunt vel coëgerunt, ut tolleret crucem (patentem nimirum transversamque partem stipiti jam ante defixo inferiori jungendam tradente J. M. Dilherro *De crucifixione Jesu Christi* p. 7. id quod ex Artemidoro lib. 2. *Onirocrit.* c. 61. Plutarcho *de serâ Numin.* vindict. probat H. Kipping. *de Cruce Exercit.* II. dist. 2.) crucifigendi. *Matt.* XXVII, 32. *Marc.* XV, 21. *Luc.* XXIII, 26.

§. III. Basilidis hanc fuisse mentem præter alios explicat nobis dicto Constantiæ Cypri Episcopus, Epiphanius *heresi* 24. quæ est in *Panarii Lib.* 1. *Tom.* 1. pag. 36. sequentibus verbis: Δραμαλργεῖ ἢ ἡμῖν ἄλλω δραμαλργίᾳ ὁ δεύτερος μιμολόγησεν, ἐν τῷ πρῶτῳ σαυρῶ χειρῶ λόγῳ, ἔχει ἰησοῦν Φάσκων πεπονθέναι, ἀλλὰ σίμωνα τὸν κυρηναῖον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ ἀπὸ Ἱεροσολύ-



56  
σολύμων τὸ κύριον ἐκβάλλει, ὡς ἔχεται ἡ ἀ-  
πολογία τῆς Εὐαγγελίας, ἠγάρευσαν τινὰ σί-  
μωνα κυρηναῖον βασίσαι τὸ σταυρὸν μελεμόρ-  
φωσεν εἰς τὸ εἶδόν, καὶ εἰς τὸ σί-  
μωνα, καὶ ἀντὶ εἰδόν παρέδωκε σίμωνα εἰς τὸ  
σταυρωθῆναι. Εκείνος ὁ σταυρωμῆς, ἐσήκει κα-  
ταλίκερος ἀοράτως ὁ Ἰησοῦς, κατὰ γελῶν τὸ  
τὸν σίμωνα σταυρῶν. αὐτὸς ὁ ἀνέστη εἰς τὰ  
ἐπεράνια, ὡς ἔδειξεν τὸ σίμωνα ἀνασκοποπι-  
θῆναι, καὶ ἀπαθῶς ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ἔρανον.  
ὁ ὁ σίμων αὐτὸς ἐσταυρώθη, καὶ ἔχεται ὁ χριστός.  
Quæ verba in latinâ Jani Cornarii ver-  
sione ita sonant: *Conspicit porro nobis a-*  
*lium fabula ac dramatis actum, secundus ille*  
*imitator, in tractatu de cruce Christi, non Je-*  
*sum passum esse asserens, sed Simonem Cyre-*  
*neum. Nam quoniam, dum Dominus è Hie-*  
*rosolymis exturbaretur, velut Evangelii scri-*  
*es habet, coegerunt quendam Simonem Cyre-*  
*neum ad portandam crucem: hinc reperit, ut*  
*nequitiei suae tragœdiam confingeret. Et illum,*  
*inquit, in eo, quod portabat crucem, transfor-*  
*mavit in suam speciem, et seipsum in Simo-*  
*nem, et pro seipso tradidit Simonem, ut cru-*  
*cifigeretur. Quum autem ille crucifigeretur,*



Stabat ex opposito invisibilis Iesus, deridens eos, qui Simonem crucifigebant. Ipse vero discessit ad caelestia, tradito Simone ad crucifigendum, & illaesus processit ad caelum. Verum ipse Simon crucifixus est, & non Christus. Similia ante Epiphanium de ipso refert Irenaeus lib. 1. cap. 23. pag. 87. quapropter neq; passum eum, sed Simonem quendam Cyrenaeum angariatum portasse crucem ejus pro eo: & hunc secundum ignorantiam & errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Iesus: & ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, & stantem irrississe eos &c.

**IV §.** Errori huic non absimilem errorem sequioribus seculis errarunt, & hodiernum errant Muhammedani, crucifixionem Christi praefractè etiam negantes, ejusq; loco itidem alium, ipsi similem, (Judam Ischariothem) substituentes. Docet id ipse Alcoranus azoara, sive ut alii efferunt, Surara XI, cujus verba hunc sensum gignunt: *Non interfecerunt sc. Judaeum (Christum)*  
neq;



neq; crucifixerunt, sed ita tantum videbatur  
 illis. Et certè qui in eo disputant, certi nihil  
 fovent; non scientiam, sed communem dum-  
 taxat opinionem sequuntur. Non equidem  
 interfecerunt eum, sed sublatum ad se eum  
 DEus assumpsit; DEus enim potens est & sa-  
 piens. Docet id ejus Interpres, scribens,  
 eâ mente Judæos convenisse, ut Chri-  
 stum interimere, DEum autem ipsi  
 indicasse, se eum in cælum subducturum  
 esse. Dixisset itaq; Jesus, nuncio hoc  
 accepto, sociis suis: Cui vestrum placet,  
 ut induatur imagine meâ, & occidatur ac  
 crucifigatur, & sic ingrediatur Paradisum?  
 Cumq; unus ex illis ad id se obtulisset,  
 statim ei à Deo effigiem Christi fuisse  
 inditam, & sic ipsum, non autem Chri-  
 stum, crucifixum. Docet id etiam Jo-  
 hannes Cantacuzenus (à Meletio Sa-  
 raceno converso, quo familiarissimè  
 usus, Muhammedana mysteria doctus)  
 Apologiâ II. hunc ipsis errorem ex-  
 probrans: ἡ δὲ δοξάζει ὅτι αὐτὸς ὁ χριστὸς  
 ἐσταυρώθη, ἀλλ' ὡς δὴ θεν πμῶντος αὐτὸν οἱ



μουσουλμάνοι λέγουν, ὅτι ἄλλον αἰτί τῷ Χριστῷ  
 ἐταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, Φαίλαθέντες ὅτι αὐτός  
 ἦεν ὁ Χριστός. hoc est: Non arbitramini,  
 quod ipse Christus sit crucifixus, sed Musul-  
 mani, ceu honoraturi illum, dicunt, quod a-  
 lium loco Christi crucifixerint Judaei, imagi-  
 natione falsâ decepti, Christum hunc esse pu-  
 tantes. Vid. D. Christianus Kortholt  
 De Relig. Muhammedanâ num. XIII. insuper  
 citans Richardi confut. Alcorani. D. Matth.  
 Zimmermann in Analect. Miscell. Mens. VII.  
 num. 3. p. 360. verbis Ricaut Caroli II. Regis  
 Angliæ Secretarii idem referens; Petrus  
 Holm in Considerat. Theolog. Muhammedis  
 part. II. cap. II. Controv. II. & alii.

§. V. Ex parte orthodoxæ de Deo-  
 homine crucifixo sententiæ (ut taccam  
 Noëtianos, Sabellianos, Praxeanos, &  
 alios communi nomine à doctrinâ suâ,  
 quia unam tantum Triados personam  
 agnoscebant, quam etiam passam di-  
 cebant, Patripassianos dictos. Videan-  
 tur Martin. Chemnitius *Loc. de Trib. pers.*  
*div. p. 86.* & Joh. Gerhardus *Colleg. Isag.*



p. 362. B.) quondam Nestorius in primis se se opposuit in concionibus suis, teste Cassiodoro in *Histor. Tripart. lib. 12. c. 4.* exclamans: *Noli gloriari Judae, non enim Deum, sed hominem crucifixisti:* opponit illi etiam se se nestorianizans gens illa, cujus appellatio cum loco, ubi Christo crucifixus, quoad antenus convenit, tradens humanitatem tantum Christi, non autem totam personam passam & mortuam, aut crucifixam esse; id quod Joh. Försterus in *Thes. Catech. Symb. Apost. Dec. III. Probl. IX. §. VI. VII.* ex Danco, Spindlero, Matth. Martinio, Sadeele, Martyre, Pezelio & aliis ad oculum ostendit, quibus addo Zach. Ursinum in *Catechismo* p. 310. ita scribentem: *Non secundum utramque naturam, neque secundum divinitatem suam, sed secundum humanam naturam tantum passus est animam & corpore.*

§. VI. Verum quod revera Christus & non alio crucifixo, dubitare nos non sinunt verba Evangelistarum & Apo-



stolorum, qui uno ore clarissime id docuerunt, & literarum monumentis consignatum nobis reliquerunt.

§. VII. Quod autem totus Christus, & non humana tantum natura, crucifixus, (ut fileam sanam Philosophiam, quod actiones & passionis sint suppositi seu personæ,) Sacer codex itidem manifestum reddit, Paulo dicente 1. Cor. II, 8. εἰ γὰρ ἐγνώσαν, ὅτι αὐτὸ κύριον τῆς δόξης ἐσαύρωσαν. Ex quo dicto ejusmodi formari posset argumentum. Si Dominus gloriæ crucifixus, sequitur, quod non humana natura, seu humanitas, tantum crucifixa; Sed prius est, Ergo & posterius. Confer Matth. XXVII, 54. Act. III, 15. cap. XX, 28. Rom. V, 10. cap. II, 32. Gal. II, 20.

§. IIX. Habemus etiam consentientes omnes Orthodoxos Patres. E quibus jam sufficiant Cyrillo *ad Reginas*: Si *Immanuel*, inquit, *communis homo fuisset, quomodo utilis fuisset hominis mors?*  
sal-



*salvavit autem mors Christi, moriens enim  
 natura Deus est & proprium ejus corpus fuit  
 quod oblatum est; & Epiphanius l. d. Lib. 3.  
 Tom. 2. seu heresi 77. contra Dimacritas,  
 qui inter alia (integra enim ejus hâc de  
 re verba, brevitatis studiosus addere  
 nequeo) ita scribit p. 433. θαυμαστὸς ἡμῖν  
 ὁμολόγηται, ὡς πονθῶς ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀπα-  
 θῆς ἐν ἀληθείᾳ, τῆς θεότητος μὴ πάθους,  
 ἀλλὰ τὸ ἀτρέπτον, ἔσθαι ἀπαθῆς ἔσθαι ὁμοῦπον τῷ  
 Πατρὶ, πάθους ἢ τῆς σαρκὸς καὶ ἔμερθεύ-  
 σης τῆς θεότητος ἀπὸ τῆς ἐνσαρκῆς παρ-  
 σίας ἐν τῷ πάθει. σωλῶν γὰρ καὶ ἡ θεότης καὶ ἡ  
 ἐνανθρώπησις, ὅτε ἔπι τῷ σωρῶ ἔπαχε  
 μὲν χρεῖστος σαρκὶ, ἀπαθῆς ἢ ἔμεινε θεότητι,  
 ἵνα τὴν δικαίωσιν μηκέτι ἐν σαρκὶ μόνον  
 ἔχωμεν, ἀλλὰ ἐν τῇ θεότητι, ἔσθαι ἐν τῇ  
 θεότητι, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ κατὰ ἀμφοῖν ἡμῖν  
 σωτηρία γένηται. quæ Janus Cornarius p.  
 456. ita vertit: Mirabiliter itaq; nos confi-  
 temur, passum in veritate, & passionis exor-  
 tem in veritate, Deitate non passâ, propter  
 immutabilitatem, & alienietatem à passione  
 & coessentialitatem cum Patre; carne vero  
 passâ & non divisâ Deitate à presentiâ in car-*



ne, in ipsâ passione. Simul erant enim & Dei-  
tas & Humanitas, quando in cruce Christus  
patebatur in carne, & passionis exors ma-  
nebat in Deitate: ut justificationem non am-  
plius in carne solum habeamus, sed & in Dei-  
tate: & ut in Deitate & in carne utring, sa-  
lus nobis contingeret &c. Legatur etiam  
Lutherus noster Tom. III. Jen. Germ. fol.  
455. Tom. VII Jen. Germ. fol. 150. Verè ergò  
realiter ac propriè Filius Dei crucifixus  
est neq; tamen essentialiter, & tribui-  
tur illi crucifixio in concreto *ἡνωστικῶς*  
*ἡνωστικῶς* in unitate personæ *ἰδιοπροσηλικῶς* ap-  
propriativè. Vid. Christianus Chem-  
nitius *Disp. IX. in Form. Cone. § VII.*

§.IX. Ex quibus simul genuina & or-  
thodoxa nostra mens (ne quis Theo-  
paschitis, Aphthartodocetis, Eutychi-  
anis, Severitis, Armeniis &c. de quibus  
Deitatem Christi passam docentibus  
& dicentibus Wilhelmus Lyserus in  
*Demonstrat. Antiphoe. ex Jes. LIII, 4.* nos  
accensere queat) plenius & planius ap-  
paret; quod nimirum Filius Dei per se,  
&



& naturâ suâ, impassibilis dicatur crucifixus in carne, quæ æquè ipsi propria personaliter, ac Divinitas essentialiter, non quidem accipiendo ab ipsâ passionem, sed potius seipsum communicando Humanitati, & non tantum eam sustinendo, ejusq; obedientiam ac passionem συνδουσία suâ complectendo; sed etiam victicem ei virtutem largiendo, simulq; faciendo τὸ παρὶν σωτηρία ἔ ζωοποιά juxta Damascenum lib. 3. orthod. fid. c. 15. cum quo convenit, quod dixit Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus, Ambrosius lib. 2. de fid. c. 4. Unde illud, quod lectum est, Dominum Majestatis crucifixum esse? Non quasi in Majestate suâ crucifixum putemus; sed quia idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo. Et Leo in epist. ad Flav. Propter unitatem personæ in utraq; naturâ intelligendam ἔ Filius hominis legitur descendisse de caelo, cum Filius Dei carnem de virgine sumserit; Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur, cum non in Divinitate,



re, quia unigenitus, & sempiternus, & con-  
substantialis est Patri, sed in naturâ humanâ  
infirmi-  
tatem sic peressus, unde unigenitum  
Filium Dei crucifixum omnis etiam in Symbo-  
lo confitetur Ecclesia. Legatur etiam Cy-  
rillus in *Explicat. Anath.* 13.

S. X. Reperti quoque sunt nonnulli  
ex veteribus qui similitudinibus qui-  
busdam hæc clariùs ob oculos pone-  
re conati sunt; Et quidem Epiphanius  
*loc. laud & in Ancorato* iisdem fere ver-  
bis ita loquitur: ὅτι ὡς αὐτὸ ἐκ βαπτισμοῦ  
αἵματι τῆς τυγχάνου βαφῆς ἐν ἰαλίῳ, τὸ μὲν  
σῶμα οὐκ ἐβαψεν & φορέθη, ἢ ἡ βαφὴ  
& ἰαλὶς οὐκ εἰς τὸ ἰατάριον λελόγηται, ἀλλ'  
εἰς τὸ ἀνθρώπου τὸ φορέοντα ἔτω καὶ τὸ πά-  
θος τῆς θεότητος μὲν οὐκ ἐνέσκηψεν, ἀλλ' ἐν  
τῇ ἐνανθρωπήσει ἐγένετο. οὐκ ἐλογιάθη ἢ τῇ  
ἐνανθρωπήσει μόνη, ἀλλ' ἐλογιάθη καὶ εἰς  
τὴν θεότητα, τῆς θεότητος μὴ παχέ-  
σης, ἵνα ἐν τῇ θεότητι λογισθῆ τῇ ἀγία  
τῆς θεῶ ἐκκλησία τῆς πάθους ἢ σωτηρίας.  
i. e. quod sicut, si ex sanguinis resperione tin-  
ctura est in vestimento, corpus quidem gestan-  
tis non tingit; verum tinctura vestimenti non

ad



ad vestem refertur, sed ad hominem gestantem: sic etiam passio in Deitatem quidem non incidit, sed in humanam naturam facta est. Non relata est autem ad humanam naturam solum (rationem in Parenthesi indit) sed reputata est etiam ad Deitatem, quum Deitas non sit passa: quo in Deitate reputetur Sanctae Dei Ecclesiae passionis salus. Damascenus lib. III. fid. orb. c. 26: quemadmodum si Sole arbori illucescente securis arborem incidere, Sol tamen infectus atque ab omni injuria incolumis manet: eodem modo ac multo etiam magis impassibilis verbi divinitas carni personaliter unita patiente carne incolumis mansit &c. Alii, referente Philip. Henr. Friedlibio in medullâ Theol. Theol. Polem. & Cas. Loc. de Pers. Christi qv. 69. p. 620, hanc passionem declarare soliti sunt per annulum plumbeum cum aureo circulo; Conjiciantur hæc in ignem, ibi solum plumbum aliquid patitur, non vero aurum.

§. XI. Est itaque Subjectum, seu principium Quod crucifixionis totus Christus,



stus, ex divinâ & humanâ naturâ constans; Subjectum autem seu principiū Quo, humana ejus natura, ex animâ rationali, & humanâ carne, constans. Et tantum de primâ Circumstantiâ.

§ XII. Sequitur nunc secunda, sive τὸ QUID. Quid passus sit Christus Jesus satisfactor pro omnibus totius Mundi peccatis: Ubi constantissima Evangelistarum & Apostolorum, atq; ex iis Symbolorum Oecumenicorum, imò omnium intra pœnia Christianismi degentium confessio, fuisse σταύρωσιν, sive crucifixionem, quam Redemptor in Judæâ, & quidem Hierosolymis (quo de postea) perpeffus est.

§. XIII. Quærent hîc ante omnia Eruditi, quia hæc in metropoli Judææ peracta, an hæc supplicii species, quâ Christus vitam finire voluit, in populo Israëlitico etiam in usu fuerit? Ubi in affirmativam plurimi, & inter eos celeberrimi etiam viri nonnulli, nominantur



natim Cæsar Cardinalis Baronius *ad Annum XXXIV. num. 92*; Jac. Gretserus *lib. 1. de cruce c. 18. 19.* Justus Lipsius *lib. 1. de cruce, cap. XI.* Carolus Sigonius *lib. VI. de Rep. Ebraeorum, cap. II X.* Philippus Caroli, & alii, quos allegat magno numero Henr. Kipping. *de cruce & cruciariis, Exercit. II. num. I.* quo etiam inclinare, videtur Phil. Henr. Friedlib. *Theol. Exeg. Tom. II. p. 196. ad Joh. XII X, 30.* abierunt.

§. XIV. Alii autem, & quidem re-  
ctius, è contrario pro negativâ pu-  
gnant, qui ex scriptis, Talmudicis &  
Rabbinicis imprimis, suppliciorum Ju-  
daicorum species inquirentes, quatuor  
tantum poenas capitales, quas מיתה  
vocarunt, inter quas nulla crucifixio, in  
populo Israëlitico in usu fuisse, investi-  
gârunt; & observârunt, in ipsâ Misna  
Sanhedrin, quâ, datâ operâ & fidelissi-  
mè, quæ ad supplicia Judæorum capi-  
talia spectant, omnia prosequuntur, ne  
vesti-



vestigium quidem haberi, ex quo cruce-  
 cem in usu ipsis fuisse colligi posset,  
 sed potius illam excludi, quando *cap.*  
 7. §. 1. ibidem scribitur: ארבע מיתות  
 לבית דין סקילה שריפה חרג וחנק:  
*Quatuor supplicia capitalia Senatui tradita  
 sunt, lapidatio, ustio, decollatio, & strangu-  
 latio. (\*) Cui consonant quæ Moses  
 Ægyptius רמב"ם in Hilkoth Sanbedrin  
 cap. XIV. ארבע מיתות נמטרו לבית דין  
 סקילה ושריפה והריגה בסייף וחנק:  
 Quatuor capitalia supplicia Synedrio sunt  
 tradita, lapidatio, combustio, occisio quæ fit  
 gladio & strangulatio. Legantur D. Joh.  
 Gerhardus in Harm. pass. cap. IX. D. Ja-  
 cobus Wellerus in Spicilegio Questionum  
 Ebræo-Syrarum, Diss. III. Quest. 1. §. 24.  
 Wilhelmus Schickardus in משפט  
 המלך seu Jure Regio Ebræorum cap. IV,  
 Theor. XIV. p. 103. seqq. Joh. Michaël  
 Dilherr. Dial. Philol. 1. p. 33 sqq. Dn. Joh.  
 Fettschmuck in Dissertat. de Sepimento Legis  
 cap. II. §. 8. Joh. Ernest. Bornitius De  
 Supplic. capital. Ebræorum & alii.*

סקילה \*



(\*) סקירה Lapidatio, (quam Isaacus Casau-  
 bonus *Exerc. XVI. ad Annal. Baron. num.*  
*LXXVII. p. 138.* è Tragicis Græcis λεύς-  
 σιμον μόρον vocat) ut obiter moneam,  
 ita peragebatur, ut lapidandum, cui qua-  
 tuor ulnis ante supplicii locum vestes ad-  
 emerant, turpitudine tantum ab anterio-  
 ri parte tectâ (si vir erat, scemina enim non  
 nisi modicâ parte nudabantur) non qui-  
 dem multis aut minutis ictibus peterent,  
 sed de ferali loco, sive colle, binas homi-  
 num stateras alto, in quem cum suis testi-  
 bus manus antrosum ligatas habens ascen-  
 derat, præcipitarent, uno grandi saxo i-  
 ipsum obruendo, si sufficeret; fiebat autem  
 hoc ab uno testium, qui ipsum circa lum-  
 bos impellebat retro, ut conversus in ter-  
 ram decideret. Si ex hac impulsione vi-  
 tam non finiisset ab ambobus testibus la-  
 pis ille pondere duorum hominum eleva-  
 batur, & ab altero teste in eum projicie-  
 batur; quod si nec sic quidem exspirasset  
 totus Israël accedens lapidavit eum. R. Mi-  
 kotsi *ad prac. aff. 99.* apud V Valzum p. 1103.  
 שריפה ναύσις vivicomburium, ut Ter-  
 tullianus vocat, ita se habebat, ut damnati  
 non in rogo quodam succento (excepto illo  
 casu, quem apud Talmudicos R. Elieser fi-  
 lius Sadok de filiâ Sacerdotis, quæ scortata  
 & deinde aggestis circumquaque cremio-  
 rum fascibus combusta est, attulit, cui re-  
 spon-



sponsum fuit senatum illius temporis non fuisse exercitatum in statutis. Pfeiffer *Dec. 2. p. 18. S. 5.*) cremarentur, sed fimo, ad genua usque, immersi, mappâ circa collum convolutâ hinc inde traherentur, donec ori aperto & hianti liquefactum plumbum vel stannum infunderent, eoqve intestina concremarent. חררג sive בטרף חררג decollatio, sive occisio per gladium, Regum propria erat; ubi caput trunco impositum vel gladio vel securi præcidebatur. חנק seu מחרק strangulatio. *Javal* & *di' ay-xónis* hâc ratione fiebat, ut reum & hercori usque ad poplites suos immergerent, & sudarium durius medio tenerioris inderent, ac collo illius circumvolverent, quod deinde huc illucque à binis testib9 tantisper trahebatur, donec miser & naturæ & justitiæ satisfaceret. Videantur Schickardus & Joh. Michaëli Dilherr, *locus dictus*. Henric. Kipping, *de cruce & cruciario Exercit. 4.* cum aliis.

§. XV. Præter datam hanc de quatuor pœnarum Judaicarum speciebus, inter quas nulla crucifixio, rationem Casaubonus loco jam allato p. 539. exindè etiam eam Judæis inusitatam fuisse probat, quod nullum veteris Ebræorum linguæ verbum sit, crucem  
pro



propriè dictam aut crucifixionem de-  
 notans  $\Upsilon\Upsilon$  enim lignum, quod multis  
 suppliciis aptari potest,  $\Upsilon\Upsilon$  &  $\text{תלרר}$   
 suspensionem, quæ itidem plurimis  
 suppliciis accommodari potest, signi-  
 ficant; quod etiam nullum in toto  
 Veteri Testamento de eo supplicii  
 genere certum existet testimonium;  
 Quæ enim contrariæ sententiæ auto-  
 res & fautores ex Gen, XL, 19. Jos. II X,  
 29. Num, XXV, 4. 2. Reg. XXI, 6. 9.  
 Esth. VII, 10. nec non ex Josepho  
 Lib. XIII, cap. 26, Antiq. Jud. & Philone  
 opponunt ad illa pag. 599 prolixè re-  
 spondet, & probè observandum vi-  
 detur, quod antea p. 538 in genere  
 monuerat voces illas, *cruix, σταυρός, σκό-*  
*λοψ, ἀναστυρωσις, ἀνασκολόπησις, κρεμᾶν*  
*& his affines de variis pœnarum generibus,*  
*quæ omninò confundi non debent, cum ab a-*  
*liis auctoribus, iùm præsertim à veteribus u-*  
*triusq; Testamenti Interpretibus solere usur-*  
*pari. Vid. etiam Henr. Müllerus Not. LI.*  
*in Hist. Pass.*

s. XVI. Nec



§. XVI. Nec obstat etiam quod  
 Chaldaica Paraphrasis ad Ruth. I. in  
 mentione quatuor suppliciorum, su-  
 spensionem in ligno addat : אמרת  
 נעמי אית לנא ארבע דיני מותא  
 לחייביא רגימת אבנא ויקידת נודא  
 : *Dixit* וקטילת סיפא וצליבת קיסא :  
*Naëmi: Sunt nobis quatuor judicia mortis*  
*reis, lapidatio, quæ fit saxo, ustulatio, quæ fit*  
*igne, occisio, quæ fit gladio, suspensio, quæ fit*  
*ligno.* Licet enim concedamus, suspen-  
 dium aliquando, rarius tamen, in usu  
 fuisse, ut in exemplis §. præced. allatis,  
 nec non quando lapidatos post mor-  
 tem alligabant, palo terræ in fixo, un-  
 de transversa trabs exhibat, eosq; col-  
 ligatis manib9 attractos suspendebant  
 propè Solis occasum, moxq; rursus di-  
 mittebant, de quo Schickardo *d.l. The-*  
*or. XIV. p. 99. ex Maimon. Hal. Sanbedr. c. 15.*  
*& Zeppero in explanat. Legum Mosaic. fol.*  
*733. apud Speidelium l. d. p. 588;* aliud ta-  
 men est suspendere, aliud clavis cruci  
 affi-



affigere, de quo supplicio hîc sermo, quod quo minus in usu negat etiam ille apud Sebast. Münsterum *in Matth. XXVII.* ( Confer Casaubonum *d. l. P. Fagium in cap. XXI. Deut. Dilherr. not. ad Orat. de Cruce Christi & in Dial. I. p. 38. Joh. Conrad. Dietericum in Antiquitat. Biblicis p. 25. in Proleg. ad Ps. XXII, 17.* )  
 דבר זה לא היה בישראל לתחוב  
 ברגלי וידי אדם הנסקלין והנתלין ;  
*Non fuit hic mos in Israële, ut clavos figerent in pedibus aut manibus hominum, qui lapidati aut suspensi fuissent.*

§. XVII. Et quanquam seqvioribus seculis, Christiani nominis hostes ἀσπονδοι, in ejusdem ignominiam, Christianos clam & in cryptis subterraneis crucibus affixerunt, quod Lincolnia in Angliâ, nec non in Galliâ Parisiis, sub Philippo Augusto Rege factum esse refert Joh. Ernest. Bornitius *de cruce cap. 1.* cuius rei testes ab ipso commemorantur, Matthæo Paris, *in Henrico Rege III,* Barthol. Riccius, *in Triumpho*



*Jesu Christi crucifixi* Rigardus Gotthus  
*ex Gretseri Tom. I. lib. I. de S. cruce c. 98,*  
 illud tamen fuit clancularium, non  
 publicum, extraordinarium, non or-  
 dinarium.

§. XIIIX. Constat itaque, his ita sese  
 habentibus, Christum supplicium ejus-  
 modi subiisse, quod non apud Judæos,  
 sed è gentibus apud Romanos (an etiã  
 apud alios gentilium populos hoc lo-  
 co disquirere nolo. Videantur l. Lipsio  
*l. d. cap. XI. Kipping, l. l. num. XI, p. 13.*)  
 in usu fuit, quare etiam Sozomenus  
*lib. 1. cap. 8.* ubi mentionem facit, Chri-  
 stianum Imperatorem Constantinum  
 Magnum dirum hoc supplicium, faci-  
 norosos in crucem tollendi, sustulisse,  
 ne in ignominiam crucifixi vergeret,  
 vocat *περὶ τῆς ἐν νενομισμένῳ ῥωμαίων τῷ  
 τῷ σωτῆρι Τιμωρίας* Romanis prius usita-  
 tatam poenam.

§. XIX. Quæritur autem hîc, sed  
 absque omni curiositate, quare hoc &  
 non alio poenarum genere? & quidem



*primò* quem Judæi prætextum (causam enim nullam habuerunt) quo Pilatum movêrunt, ut Christum in crucem ageret, habuerint? Dum quæstionem hunc in modum formo, liquebit, me non ire in sententiam Baronii ad Philonem falsò provocantis & Henric. Spondani *in epit. Annal. Eccles.* statuentium nullius neq; Judæorum neq; Romanorum Juris circa crucifixionem Christi rationem habitam fuisse; sed poenam, quam Barrabas dare debuisset, in ipsum fuisse translata; respicit autē in primis ad blasphemiam, propter quam reus lapidatione tollendus; crucifixionem vero etiam apud Romanos ad latrones restringit; hæc enim sententia, quamvis primâ fronte plausibilis videatur, ad denotandum, Salvatorem non propter sua, sed propter aliena scelera pati; quia tamen cum Evangelistarum historiâ non quadrat, merito divortium ab eâ facio. *Vid. Casaubonus*



bonus *Exerc. XVI. num. LXXVI. ad Anni  
XXXIX. num. XCII. p. 537.*

§. XX. Id vero ex sacro sacrarum li-  
terarum codice manifestum; Judæos  
nullum non movisse lapidem, quo Pi-  
latum, ut gravissimo hoc supplicii ge-  
nere, & crudelissimo, Christum tolle-  
ret, permoverent. Et quia satis nôrant,  
Romanos seditionis ac tumultus au-  
ctoribus, & regni affectati reis crucem  
definivisse (quo faciunt *lex 38. §. 2. Di-  
gest. de pœnis & lex 2. codicis de seditiosis; Ver-  
ba Pauli lib. 5. tit. 22: Auctores seditionis,  
aut tumultus, pro qualitate dignitate, aut in  
crucem tolluntur, aut bestiis obijciuntur; &  
Theophylacti: Οἱ Ρωμαῖοι ταυρῶ τῆς ἀν-  
τιέρτας δικάζουσιν Romani regni affectati re-  
os cruci affigunt. Vid. Dan. Heinsius a-  
pud Bald. Walæum p. 983. nec desunt  
exempla crucifixorum seditionis cri-  
mine in ipsâ Judæâ & à Varo & à Flo-  
ro, quorum ex Josepho Grotius d. l. p.  
325. b. mentionem facit.) deferunt i-  
psam tanquam istiusmodi criminis re-  
um*



um Luc. XXIII, 2. Τῆτον, inq̄vientes; εὐργυροῦ διασρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κο-  
λυοντα καίσαρι φόρους δίδόναι, λέγοντα  
ἑαυτὸν χριστὸν βασιλέα εἶναι, eoq; etiam  
tandē Procuratorē impulerunt, ut con-  
tra conscientiam eum, quem ipse non  
unâ vice innocentem pronunciârat,  
injustissimè traderet.

§. XXI. Quare autem ipse Christus,  
hoc, & non aliud suppliciū subire vo-  
luerit, *secundò* quæritur; & Responde-  
tur simplicissimè fuisse divinam εὐδοκίαν,  
quam suo tempore adimplendam  
in sacris literis antea revelârat, partim  
perspicuis dictis, partim typorum in-  
volucris.

§. XXII. Dicta quod concernit, hūc  
referendum omnino, quod Hieropsal-  
tes in personâ Messiae prædicentis re-  
fert Ps. XXII, 17. כִּי אָרִי יָרִי וְרַגְלֵי His  
enim verbis ejusmodi supplicium,  
quo manus & pedes perforabantur,  
quale crucifixio fuit, innuitur, Quid  
de hoc dicto ad Messiam relato inpri-



mis de **כנר** Gerhardus Harm. Pass. c.  
 XIII. Nic. Fullerus, lib. III. Miscell. Sacr.  
 c. XII, p. 347. Matth. Flacius, in *clav. Script.*  
*part. I.* Gesnerus, in *b. Ps.* Jac. Welle-  
 rus, l. l. Salom. Glassius, lib. I. *Philol. S.*  
*Tract. I. Sect. II* s. 48 p. 88. sqq. Theodo-  
 ric. Hackspan, *notarum Philologico-Theol.*  
*in var. & difficil. Scr. loca part. II.* p. 104. sqq.  
 Mich. Waltherus, in *Harm. Script.* p. 334.  
 sqq. edit. in 8. Sixtinus Amama, lib. III.  
*Antibarb. Bibl. Phil.* Henr. Friedlibius,  
*Theol. Exeget. part. I.* p. 612. 622. Ben. Arias  
*Montanus Psalm. in Lat. carm. versis* p. 74.  
*in not. marg.* Dan. Henrici, in *Aphorism.*  
*passional. s. 8.* J. C. Dietericus, l. d. in *b. l.*  
 Joh. Frischmuth, in *Disp. de manuum pe-*  
*dumq; Messie perforatione* Jenæ 1663. mense  
*Majo* in *b. l. hab.* Joh. Faes, *De vulneribus*  
*Christi* s. XLI. sqq. CCLXIX, CCCLXII. plu-  
 rimos allegans Auctores.) Quod hoc in di-  
 cto paulò adhuc obscurius, id ipse Sal-  
 vator diversimodè, & quidem clarissi-  
 mè ob oculos, tanquam gestum, ante-  
 quam gestum, posuerat, in primis  
 Mattha



*Matth XX, 19. cap. XXVI, 2. Luc. XXIV, 7.  
Johan. XII, 32. 33. & passim alibi.*

§. XXIII. Typos quod concernit multos, si tam illatis quam innatis uti mens esset, recensere possem; relictis autem prioribus referri huic possunt sacrificia (de quibus cum Antitypo collatis Epistola ad Ebræos hinc inde) quæ in figurâ crucifixionis crucifigendi in altum elevabantur: deinde agnus paschalis, qui duobus veribus, uno directo, quod ab infimis partibus usque ad caput pertingebat, altero quod per artus, cui & pedes anteriores affixi, trahebatur, affixus torrebatur, teste Justiniano in *Dial. cum Tryphone*, cujus p. 259. Opero hæc sunt verba: καὶ τὸ κελευθὲν πρόβατον ἐκείνο ὅλον γίνεσθαι, ἔ πάθης ἔ σαυρῆ δι' ἔ πάχειν ἔμελλεν ὁ χριστός, σύμβολον ἦν. Τὸ γὰρ ὀπτῶμαρον πρόβατον, χηματιζόμενον ὁμοίως τῷ χήματι τῆ σαυρῆ, ὀπτᾶται. εἰς γὰρ ὀρθίος ὀβελισκῶ Δραφονᾶται ἀπὸ τῶν κατωτάτω μερῶν μέχρι τῆς κεφαλῆς, καὶ εἰς πάλιν κτ' τὸ



μετὰ Πρεβον, ὡς περὶ σαρκῶντα εἰ αἱ χεῖρες εἰ  
 περὶ αἱ τὰ. Et agnus ille, de quo ut assus totus  
 fieret preceptum est, simpliciis crucis, quod  
 subitarius erat Christus, Symbolum et nota  
 fuit. Agnus namque, assus in figuram cruci si-  
 milem conformatus torretur, nam veru unum  
 ab infimis partibus ad caput usque adactum  
 perfigitur: et aliud rursus secundum scapu-  
 las, ad quod suspenduntur manus agni.  
 Postea Isaacus, qui typus crucifigendi  
 Ebr. XIII, 19. ligno, quod ipse portabat,  
 immolando imponebatur. Gen. XXII,  
 9. Referunt & huc nonnulli arietem,  
 qui loco Isaaci oblatus Gen. XXII, 13.  
 tradentes illum, cum fruticetum an-  
 terioribus pedibus conscendisset, fru-  
 ticeto implicitum crucis formam pen-  
 dentem prætulisse extensione pedum;  
 quod in primis Procopio placuit; cuius  
 ut & Ambrosii de Abrah. cap. II. Atha-  
 nasii quest. 98. ad Antiochum verba re-  
 censet & quid in iis desideretur osten-  
 dit Frischmuth Dissertat. V. de Ligat. Isaaci  
 siv. cap. V. §. 6. Conf. Gottfr. Müller in



Ἱερολογία biblicā, seu de quadruped. ter-  
 restr. in S. liter. cap. IV. p. 73. Ante omnes  
 autem serpens æneus in deserto iussu  
 divino erectus Num. XXI, 8. 9. quem  
 ipse Servator sibi accommodat Joh.  
 III, 14. inqviens: Ἐκαστὸς, μωσῆς ὑψωσά-  
 τ' ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἕτως ὑψωθῆναι δεῖ τ'  
 υἱὸν τοῦ Ἀνθρώπου. Vid. de ultimo hoc  
 Typo Justinus Martyr *Apol. II* p. 93. o-  
*per. lit. A.* Tertull. *advers. Judæos*; Atha-  
 nas. *Tom. II.* p. 255. Chrysostr. *Hom. xxvi.*  
*in Job*; Epiphani. *her xxxvii*; Nazianz.  
*Orat. II. in Pascha*; Augustin. *diversis locis*;  
 Frid Balduin. *pass. Typic. lib. II. Typ. 2* p. 70.  
*usq. ad p. 141*; Val. Herberg. *Magn. DEI*  
*part. II. medit. LV.* p. 385. *sq. sq.* Et teste  
 Paulo Fagio *in paraph. Chald. ad Num. lo-*  
*cum*, serpentem æneum Typum fuisse  
 Christi, qui solus potuit nos sanare à  
 morso antiqui serpentis, nec veteres  
 Ebræi planè ignoraverunt; Conf. Ca-  
 pellum *apud Walaum* p. 826. *Commentar.*  
*perpetui in Lib. Histor. N. T.*



§. XXIV. Neq; etiam silentii sipario  
 regenda ratio, quam dedit Apostolus  
 Gal. III, 13. nimirum, ut nos certi red-  
 deremur, maledictionem peccatis no-  
 stris debitam ipsum pro nobis sustinu-  
 isse, eamq; ne nobis incumbat sustulif-  
 se, accommodans verba Dei Deut. XXI,  
 23. כִּי־קָלַלְתָּ אֱלֹהִים תְּלוּי in quâ ap-  
 plicatione genus speciei, suspendium  
 crucifixioni, accommodatur. *Vid.* Ger-  
 hard. *in Harm. Pass. cap. IX. p. 623.* Hack-  
 span. *in not. part. I. p. 561. sqq. 564. sqq.*  
 August. Varenus *in Deuter. Decad. VI.*  
*Loc. 11x. ix. & x. p. 143. sqq.* Friedlib. *Theol.*  
*Exeg. part. II. p. 513.* Joach. Ludov. Rei-  
 mer. *in Repub. Ebr. De Regim. Hegemon.*  
*sect. 3. §. 1.*

§. XXV. Similes, quas Cornelio Cor-  
 nelii à Lapide *Comment. in Matt. & Marc.*  
*p. 534.* causas morales vocat, ipse l. d.  
 Petrus Ravanellus *in Biblioth. sacrâ part.*  
*II. p. 299.* Tit. Mors Christi & alii, ex san-  
 ctis Patribus & aliis piis Ecclesiæ Do-  
 ctori.



Etoribus collegerunt ; factam nimirum  
 (ut paucas è multis afferam ) crucifi-  
 xionem Christi, Ut, quemadmodum  
 Christianus Cicero, Lactantius tradi-  
 dit *lib. IV. cap. 26. Institut.* ostenderet se  
 venisse ad opem ferendam ipsis etiam  
 humilibus & infirmis, cum eo genere  
 supplicii afficeretur, quo humiles &  
 infirmi (servi nempe, quo de plurimi  
 Autores citantur à Kipping. *l. d. num.*  
*xi. xii. p. 14. 15.*) solebant affici. Ut, jux-  
 ta eundem, corpus ejus integrum con-  
 servaretur, quem die tertio resurgere  
 oportebat. Ut, secundum Augustinum  
*in append. de diversis serm. 4.* Gregor. Na-  
 zianzenum *in orat. de seipso ad Arcan.* &  
 Ambrosium *in Luc. IV,* sicut Adam &  
 Eva manus ad lignum vetitum exten-  
 derant, ipse manus ad crucis lignum  
 extenderet. Ut, juxta Ambrosium *in*  
*Luc. xxiii.* & Cæcil. Cyprianum *vel quis-*  
*quis Autor Tract. de pass.* pendens in aëre  
 inter cælum & terram cælites terre-



stribus reconciliaret; per crucis cornua,  
 tradentibus Hieronymo & Gregorio  
 Nazianz. *in carm. de virginib* totum qua-  
 si amplectens mundum, ejusque qua-  
 tuor plagas. Ut, juxta Athanasium *de*  
*humanit. verb.* in aëre vitam finiens, atq;  
 adeò mortem obiens, ex aëre præci-  
 pitaret Satanam, aëremq; purificaret,  
 & viam nobis ad cælum muniret. Ut  
 etiam hoc aëris elementum sanctifi-  
 caret: *Terram enim* (inquit Didaco Stella  
*comment. in Luc. Tom. poster. p. 497. 2. ad*  
*cap. xxiii. num. xx. v. ad v. 33.) sanctificave-*  
*rat Christus pedibus sanctis suis eam concul-*  
*cando, aquam super eam ambulando, &*  
*ignem, quia sanctificandus erat in specie ejus*  
*Spiritum Paraclerum mittendo discipulis, sed*  
*nunc aërem sanctificat, in aëre elevatus,*  
*ubi mori dignatus. Ut (ib. p. 498. 2.) o-*  
*stenderet mortem suam fieri pro omnib9, quia*  
*aër commune est elementum. Ut monstra-*  
*ret veram eamque sempiternam salu-*  
*tem parari; crucem enim etiam vitam*  
*venturam apud Ægyptios designasse,*  
 in



in Serapidis templo verbis Ruffini *lib. 2. cap. 29.* Sozomeni *lib. 7. Hist. Eccl. c. 15. p. 31.* Suidæ *cap. 9. p. 31.* probat Lipsius *de cruce lib. 1. c. 17. 8. p. 29,* quibus addatur Socrates *lib. 5. cap. 17.* plures istiusmodi rationes vide sis apud à Lapide *loc. laud. & alios.*

§ XXVI. Ut taceam crucis supplicium alia complexum esse plurima, quo de laudatus Lapidensis ita scribit: *In cruce omnia pœnarum genera concurrunt & c. crux enim manus pedesq; secat ut gladius, corpus distendit, ut eculeus; lacerat ut ungula; laniat, ut bestia; urit, cruciatq; ut focus; adeoq; lento quasi igne hominem assat & necat & c.*

§ XXVII. Transeo nunc ad tertiam Circumstantiam, quæ tò UBI, sive ipsū crucifixionis locum denotabit, quem, ut evidentior appareat, dispescam in generalem, sive communem; specialem, sive particularem, & specialissimū, sive peculiarem aut singularem.

§ XXIX. Generalem sive communem voco Palæstinam ( quod nomen



primò reperitur Gen. xxi, 32.) ita dictã  
 à Philistiim filiorũ Mizraim Gen x, 13.  
 14. qui olim in eo Regionis tractu quin-  
 que potentissimas urbes, Asdod, Gaza,  
 Ascalon, Gath & Ecron tenuerũt; Vo-  
 cata etiã Terra Canaan, à Canaan filio  
 Cham, qui cõmunis discessionis neces-  
 sitate pulso eã tenuit; Terra item Pro-  
 missa, sive promissionis, quod Patribus  
 Abrahamo, Isaac & Jacobo promissa  
 esset; hæc promissio ubi adimpleta po-  
 stea Terra Israël, à nomine Israëlis quod  
 Jacobo obtigit Gẽ xxxii, 28. & Judæa à  
 filio Jacobi Juda audit; nominata quoq;  
 ob frugiferũ solũ Terra melle & lacte  
 fluens, Exod. III, 17. c. xiii, 5. Lev xx, 24.  
 Num. xiii, 28 c. xvi, 13. & ob sanctũ Dei  
 cultũ ibi observatũ, Terra sancta. Vid.  
 Gerardo Mercator *in Atlante minore* p. 610  
 §. xxix. Specialis sive particularis no-  
 mine veniat urbs Jerusalem, non quidẽ  
 ea tantũ pars, quæ moenibus inclusa, sed  
 illa cũ circumjacente tractu; Jerusale,   
 quã præ reliquis õibus totius terre urbibus  
 (quod



(quod prædicat Buchananus *in Ps. 87.*)  
 DEO dilexerat & singularissimis bene-  
 ficiis exornaverat, ut esset metropolis  
 Judææ Jos. xix, 26. Jud. xix, 10. 1. Paral.  
 xi, 4. habitaculū Dei 1. Reg. ix, 1. 2. Pa-  
 ral. vi, 2. c. vii, 16. civitas sancta Matt. iv,  
 5. c. xxvii, 53. crucifixit Deum-hominē,  
 quod prædixerant Moses & Elias Luc.  
 ix, 31. & Christo ipse Matth. xvi, 21. c. xx,  
 17. 18. c. xxiii, 37. Luc. ix, 51. c. xiii, 33. c.  
 xix, 31. c. xxiv, 18. sqq. ad quod alluditur  
 Ap. xi, 8. Jerusalē dicta à יהושפּט & דיהוּשפּט (\*)  
 visio pacis, non vidit quæ ad pacem suā facerent,  
 & Dominum pacis infestavit, atq; ob hoc & alia  
 gravia scelera gravissimas etiam pœnas dedit,  
 dum à Romanis paulo post funditus deleta est; &  
 quamvis Julianus Apostata, in odium Christiano-  
 rum, eandem reparare conatus sit, prodigiis ta-  
 men multis quæ Socrates *Hist. Eccl. lib. 2. c. 23.* &  
 Nicephorus *lib. 10. c. 1.* commemorant, impeditus est;  
 inter quæ etiā refertur, crucis signū rutili splen-  
 dore coruscās in cælo apparuisse, Judæorū autem  
 vestib; cruces luridas vel nigras aspersas fuisse, ut  
 nimirū Christū sibi infestū esse scirent, qui nostræ  
 salutis ergo à Judæis in cruce morte affectus. Aelius  
 Hadrianus quidem Bethera vicinā veteri Hieroso-  
 lymę muro cinxit, & de suo nomine Aeliā vocavit,  
 quæ tempore Const. Magni Hierosolyma vocari  
 cœpit, non tamē est ipsa Hierosolyma, neq; eodē



loco exstructa. Vid. Hospinianus *de origin. templ. cap. 3. p. 6. f. 8.* Jac. Martini *Disputat. in Aug. Conf. colleg. IV. Diss. xlix. §. 13. 14.* Zimmermannus *d. l. mens. 7. num 9. p. 372.* hodiè à Barbaris incolis dicatur Coz. Ieu Godz, aut Chutz, referente Mercatore *in Atl. min. p. 613.*

(\*) Prolixus est D. Michaël V Valtherus *in officinâ Bibl. part. poster. the. 2. art. 3. §. 706. p. 767. 768. 769. 770.* circa denominationem Jerusalem, rejiciendo sententiam eorum, qui ex Græciâ mutuarunt, tum *in totum*, ut Tacitus *lib. 5. Histor.* vocans Solymos, à Duce quodam, & Lyfimachus, autumans, principio à Conditoribus appellatam *ἱερὸσούλα, ἀπὸ τῆς ἱεροσουλίας* quod Judæi in Cananæam venientes omnia Deorum fana spoliârunt ac incenderint, & ex spoliis istis eandem excitârunt, postea vero ab incolis, ob nominis infamiam, dictam *ἱεροσόλυμα* (quod refert & refutat Josephus *lib. 8. contr. Appion.*) tum *ex parte, & quâdam priore*, ut Egesippus *lib. 7. c. 3.* sic nominatam quasi *ἱερὸν σολύμων* Templum Solymæorum; Eusebius *de preparat. Ev.* quasi *ἱερὸν σολομῶντος* Templum Salomonis; Josephus *lib. 7. Antiq. Juda. c. 3.* quasi *ἱερὸν Salem*, putans, τὸ ἱερὸν vocari à



ri à Græcis mœnia, hancq; appellationem  
 inde ortam, quoniam veterem Salem David  
 mœnibus cinxerit, vel quoniam Melchise-  
 dek in eadem Salem  $\tau\omicron\iota\ \iota\epsilon\rho\omicron\nu$  templum æ-  
 dificaverit *cap. 2. eiusd. libri. Posteriore*  
 ut Stephanus Byzantiq à montibus Solymis  
 (qui tamen & in Pisidiâ & Solymi Homeri-  
 ci populi Australes, Strabo. l. 1. & 14.) He-  
 braum itaq; est, ubi autem laudatus V Val-  
 therus itidem improbat mentem eorum,  
 qui dictam volunt à  $\text{שְׁרַי}$  hereditate pos-  
 sedit, quasi sancti demum post Davidem  
 possessores ita vocassent ut  $\text{שְׁרַי}$  heredem,  
 quæ Postelli *in Cosmogr. fol. 8. sententia;*  
 aut à  $\text{רום}$  quod altum esse denotat, de quo  
 B. Arias Montanus *in Canaan c. 8. vel à*  
 $\text{שְׁרַי - יְרֵאֵהוּ}$  quasi lebusitæ hostibus terro-  
 rem incutere volentes dixissent: Timete  
 Schalem, ut autumat Pafor *in Lex. part. post*  
*p. 38;* vel à Jebus, quasi Jebusalem, ut  $\text{י}$  in  
 $\text{י}$  mutatum, ceu Lyra, Adrichomius & Chy-  
 træus volunt; restat itaq; data derivatio à  
 $\text{שְׁרַי} \& \text{שְׁלום}$  quæ etiam arridet Galatino  
*lib. 3. c. 9. Masio in cap. 10. Jos. f. 278. A-*  
*rix Mont. inc. 15. Jos. p. 437. Serario in*  
*c. 10. Jos. q. 2. & ex nostris Gerharo de*  
*vit. atern. S. 11. Glassio Gramm. Lib. IV.*  
*Tract. III. p. 844. 199. rationem ex Gen.*  
*XXII, 14. addenti; Himmelio conc. pass. 19.*  
 &



& aliis hinc **ירושלים** quod non nisi quin-

quies in S. codice hoc modo integrè repe-  
ritur, nempe 1. Par. III, 5. II. Par. XXV, 1.  
cap. XXXII, 9. Esth. II, 6. Jer. XXVI, 13.  
alibi semper defective sine **ירושלים** què-

admodum & à modernis Judæis scribitur,  
persuasus, ideò, quia DEUS, cujus nominis  
**יהוה** prima litera **י** ab iis recesserit, literã  
hanc omittri, cum restitutã urbe autem, de  
quã in adventu Messie, quem frustra expe-  
ctant, & hanc restitutum iri somniant lite-  
ram. Videatur etiam Johannes de Pineda  
*in Ecclesiast. p. 69. ad 80. & de rebus Salo-  
monis Lib. III. cap. 28. p. 199. Lib. VI. cap. 80  
p. 386. & alibi. it. Joann. Lightfoot in  
Chorographiã Horu Talmud, in Matth. pra-  
fixã cap. XXI. p. 41. sqq. in not. edit. 42.*

§. XXX. Specialis hic locus vocat9 e-  
nã fuerat **אֶרֶץ מוֹרְיָה** Terra Moriiah,  
in quam olim Pater credentiũ Abra-  
hamus a legato à Deo fuerat, ut ibi fi-  
lium suũ Isaacum, Typum Messie illic  
immolandi in arã crucis (Val Herberg  
*Mag. Dei part. III. medit. 8. p. 167. sqq*) im-  
molaret, in monte à Deo monstrato,  
qui dubio procul fuit is ipse Moriiah, à  
quo tota vicinia nomen sortita, quod  
in-



innuit R. Bechai *comment. in Gen. XXII.*  
*fol. 30. col. 2.* his verbis: **הר המוריה הוא**  
**ירושלם וקרא הקבה לכל הארץ המוריה**  
 על שם הר המוריה שבתוכו: *Mons Moriab*  
*Hierosolymam denotat, Vocat vero D.S.B. to-*  
*tam terram hoc nomine, quia mons Moriab*  
*in ejus medio erat situs.* Montem autem  
 hunc Moriab ita dictū non à **יָרָה** do-  
 cuit, quod quidam Rabb. volunt quo-  
 niam ab eo doctrina seu lex in totum  
 Mundū sit exitura; neq; ab **מָרָר** amaro  
 fuit, aut à **מִרְרָה** myrrha *Cant. IV, 6.* quod  
 voluerunt R. Bechai d. l. & R. Moses  
 Ben Nachman *Comment. ad Gen. XXII,*  
 neque ab Amorrhæis, quod Syro, aut  
 Moabitis, quod Arabi placuit verten-  
 tibus in terram ille Amorrhæorū, hic  
 Moabitarum; neq; à Syriaco **מְרִיא** &  
 Ebræo **יְהוָה** Dominus, ut significet Do-  
 miniū Domini; neq; quod R. David  
 Kimchi amavit, à **רִיגָה** rigari, abundē  
 inebriari; neque à **יָרָה** timuit (quam-  
 vis hoc non adeò procul à vero absit)  
 sed



sed à מִן־הַר vidit, præcuntem habentes Mosen, verba Abrahami qui conscripsit, ostendunt Johann. Frischmuth *Dissertat. l. De Ligat. Isaci cap. l. §. 20. 21. 22.* & Michaël Liebentanz *De Terrâ Moriiah num. 3. 4. 5. sqq.* Confer. Friedlib *Theol. Exeg. part. I p. 79. 84.*

§ XXXI. Nolo autem hîc disquirere, quoniam strictè sic dicto fuerit Mons Moriiah, an ille, (qui Chaldaice dictus מִן־הַר מקדש בית שור mons domo sanctuarii Vid. Aug. Varenius *in Deuter. Dec. xii. Loc. ix. p. 260.* super quem postea templum ædificatum, quod Rabbinî communiter docent, in primis R. Eliezer in פרקי R. Abarhenel comment. *in Pentat. fol. 75. col. 3.* (addentes insuper Adamum ibi fuisse creatum, & altare, Noah erectum, cum tamen mons Moriiah & Ararat, ubi Arca requievit Gen. ix, 4. ab invicem longissimè distent) & alii, qui ideò miserè, (an iuste, quod Isaacum spectat alii videant) à P.



à P. Cunæo lib. 2. de Rep. Jud. c. 12. p. 170.  
 vapulant: Vanissimum, dicente, est & e-  
 xibitari debet, quod R. Eliezer in capitulis suis  
 ex communi Judeorum opinione prodidit,  
 montem, in quo ædes Jerosolymitana stetit,  
 hunc ipsum esse, in quo primus hominum Pa-  
 rens Adamus sacra fecit: atq; ibidem mox A-  
 belum Cainumq; munera sua Numini obtu-  
 lisse, rursus verò & Noachum illic altare po-  
 suisse, cum ex arcâ egrederetur & Abraha-  
 mum celestibus monitis huc profectum fuisse,  
 uti filium mactaret; Conf. Joan. Light-  
 foot l. d. cap. xxvii. p. 57. an ille, qui de-  
 inde Golgotha dictus, in quo Salvator  
 crucifixus, ut ita, quoad hunc etiam  
 locū, Typus antitypo conveniret; de  
 quo Præsul Hipponensis Augustinus  
 Serm. 71. de Tempore: Audite, inquit, Sa-  
 cramentum, fratres charissimi, Hieronymus  
 Presbyter scripsit, se ab antiquis & senioribus  
 Judeis certissimè cognovisse, quod immolatus  
sit Isaac, ubi Christus postea crucifixus est.  
 Loc9 hic Hieronymi exstat in cap xv.  
 Marci. In quam sententiam & Beda  
 abit



abit *de locis Sanctis cap. 2.* & alii, inter quos etiam B. Glassius *Phil. Sacr. lib. 4. Tract. 3.* à nonneminè refertur, cujus tamen verba minime singularem locum seu strictè sic dictum montem Moriah, sed specialiter totam cum monte viciniam, in quâ Moriah, Sion, Golgotha &c indigitant. Vid. etiam Cornel. Cornelii à Lapide *l. d. p. 531. col. 1.* Joh. Gerh. *in Harm. pass. cap. XIII.*

§ XXXII. Et hoc etiam modo Moriah hujus, tanquam specialis crucifixionis loci, ego mentionem feci §. XXX, motus verbis Chorographorum & nonnullorum aliorum virorum Clarissimorum (Vid. Corn. à Lap. *in Gen. xxii. f. 201. col. 2.* Sebast. Barradius *Tom. II. in Conc. Evang. lib. 1. cap. 11.*) quos inter Genebrardus & Diodorus Tarsensis, tradens, in orientali hujus montis Moriah parte fuisse Sion, in quâ arx Davidis extructa fuerit, & juxta hanc in arcâ (quâ Rex David ab Arayna prisco Jebusitarum Regulo coemerat) Salomonem ædificasse,

rem-



templū, quemadmodū ex 2 Par. III, r. liquet; aliā autem partem ipsius montis Moriiah extra urbem Jerusalē mansisse, eumq; postea montem Calvariae seu Golgotha audiisse. Idem fermè tradit Nic. Fullerus, *Misc. Sacr. Lib. II. c. XIV.* è quo quaedam quæ exstant p. 266. 267. adscribam: *Merito, inquit, mons ille, ubi templum est adificatum, deinde urbs quoq; Hierusalem, totaq; regio finitima mons & terra Moriah vocatur, propriā quādam ratione, utpote ubi Filius Dei Jesus Christus verus Jah sive Jehoval tot modis se conspicuum & manifestum, vel ipsis oculis sensibusq; corporeis, exhibuit nascendo, docendo, miracula edendo, patiēdo, moriendo, resurgendo, in calum deniq; ascendendo.*

§. xxxiii. Restat nunc singularis, peculiaris, sive individualis loco, qui Evāgelistis apertè docentibus fuit mons Golgotha, sive Calvariae, de quo Matt. xxvii, 33. Marc. xv, 22. Luc. xxiii, 23. Joh. xix, 17 qui inter Talmudicos teste Joh. Reiskio de *lingvā Christi vernaculā cap. II.* § 8 dicitur גבעת גרב collis Gareb.



§. xxxiv. Circa hujus nominis scri-  
 ptionem, quod duplici I juxta Ebraëū  
 גִּלְגֻּלְתָּא scribi deberet, torquent se plu-  
 rimi Interpretes, quare Syrus prius in  
 suo גִּלְגֻּלְתָּא & fons Græcus poste-  
 rius in Γολγοθᾶ (pro quo Lutherus le-  
 git Golgatha) omiserint, adeò ut &  
 nonnulli, quos inter Johannes Maldo-  
 natus in *Evang.* Theodor. Beza in *annot.*  
*ad h. l.* Angelus Caninius *de locis Script.*  
*Ebraicis Commentar.* c. xi. Johannes Mer-  
 cerus & alii nimis rigidos sese censo-  
 res egerint, quibus tamen alii rectè sese  
 (Bezae imprimis Ludovico de Dieu in  
*Evangel. p. 183.*) opposuerunt, notatuq;  
 dignissima sunt verba Isaacii Casauboni  
*Exercit. xvi. ad Annal. Baron. num. Lxxxix.*  
*p. 551. sive ad Annum xxxiv. num. 112:* Neq;  
 puo ullum hodiè exstare librum, ubi nomen  
 hoc cum duobus I scribatur Golgoliba. Scio  
 rationem Grammaticam id postulare, sed  
 quùm sanctiones Grammaticorum Regum  
 non sint edicta, & multa in omnibus linguis  
 analogiæ legibus spretis usus receperit, non  
 assen-



assentior illis Interpretibus, qui errore librari-  
 orum locum pronunciant fuisse depravatū.  
 Et post pauca, ubi verba Maldonati  
 adscripserat: *Mihi religio est sacros codi-  
 ces mendii arguere, nullā necessariā ratione  
 urgente in lectione omnium seculorum consen-  
 su firmata*; cui probationem ex metro  
 Nonni superaddit; neque etiam infre-  
 quens Orientalibus hujus literæ omis-  
 sio, quæ fit in Ebræo בבל pro כלכל &  
 in Chald. קילקלתא pro קיקלתא.

§. XXXV. Progrediendum nunc ad  
 Etymologiam, in quâ quidem omnes  
 amicè conveniunt, quod derivetur à  
 גלגל volvit, devolvit, convolvit, Vid.  
 Johannes Buxtorf. in *Lex.* p. 131. Fried-  
 libius in *Theol. Exeg. part. I.* p. 791. 892.  
 Unde nomen Syriacū seu Syro-Chal-  
 daicum (quæ Dialectus tempore Sal-  
 vatoris maximam partem in usu apud  
 Judæos) גלגלת calvaria, ut ita Inter-  
 pretibus ipsis Evangelistis significet  
 κρηνὶς τόπον, locum Calvariae. Et huc  
 usq; tantum consentiunt,



§. XXXVI. Circa rationem denominationis autem in diversa abeunt. Et quidem Patrum plurimi (Hieronymo excipitur, quem tamen & ipse Augustinus in confortium trahere conatur) & alii in eâ sunt sententiâ *ita dictum esse hunc montem* (sunt verba Cornelii Corn. à Lapide *in comment. ad Matth. & Marc. p. 531. col. 1.*) ex eo, quod traditio sit in Golgotha sepultum esse Adamum, quem Christus ibidem sanguine suo è cruce destillante redemerit, & ad viam gratiæ revocârit. Et citantur in hunc censum ab ipso *d. 1. & ad Eph. V, 14. p. 528. Gerharo in Harmon. Passion. cap. XIII. p. 607. seqq. Sebast. Barradio in Concord. & Histor. IV. Evangel. Tom. IV. Lib. VII. cap. XI. p. 293. 294. Petro Ravanello in Bibliothec. part. 1. p. 1107. D. Henr. Müllero Not. XLVII. de pass. Joh. Seb. Mitternachtio (qui Dissertationibus suis de curiosit. quorund. Script. Interpp. circa quæst. an Adam Protopl. in mont. Calvar. Sepultus III. IV. V. VI. ad singula loca seorsim respondet) Jacobus*



**C**obus Orrhoita sive Edessenus, qui fuit  
 Magister S. Ephrem apud Bar Cepha  
 lib. 1. cap. XIV. (cujus mentem, quia a-  
 liam insuper fabulam detegit verbis  
 Corn. à Lap. l. d. Andream Masium  
 in Jos. cap. ult. 32. allegantis aperiam :  
 scribit, dictus scilicet Edessenus, Noë of-  
 fa Adami in arcam religiosè suscepisse, ac post  
 diluuium illa inter filios distribuisse, ipsique  
 Sem, quem anteferebat ceteris, Adami calva-  
 riam dedisse & cum eâ Judæam) Euthymio  
 in Matth. Theophylactus in cap. XXVII.  
 Matth. & in Marc. XV. it. Job. XIX. Non-  
 nus in cap. XIX Job. Quintus Septimio  
 Florens Tertullianus lib. 2. Carm. contr.  
 Marcion. cap. IV; Cæcil. Cyprianus aut  
 quis Autor Serm. de Resurrect. Origenes  
 Adamantius Tractat. XXXV. in Matth.  
 Athanasius vel quis Autor de pass. & cruce;  
 Basilus in Levit. XXV. Epiphanius her.  
 XLVI. contr. Tacianos; Ambrosius in  
 Lucam & Lib. V. epist. 19. Augustinus serm.  
 LXXI. de Temp. & quæst. CLXI. in Genes.



Joh. Chrysoſtomus *Hom. LXXXIV. in Job. & alii* quibus plurimi è Papæis nominatim Bellarminus *de ſtatu peccati & amiff. grat. c. 12.* Joh. Villalpandus *in Apparatu Urbis Hieroſol. lib. 1. c. 9.* Xavier. *in Hiſt. Chriſti perſicè conſcriptâ* cū aliis calculum adjiciunt. His autem præter illud, quod B. Gerhardus l. d. obſervat, quod nimirum Judæi, ſi ſciviſſent Adamum, aut ſaltem cranium ejus, ibi ſepultum, locum facinoroſorum ſuppliciiſ non inquinaviſſent, venit opponendus Hieronymus (cum quo venerabilis Beda faciat) *in cap. XXVII. Matth.* inter alia ſcribens: *Favorabilis eſt opinio mulcens aurem populi, nec tamen vera, quum neq; Adam in Calvaria monte ſepultus ſit.*

§. XXXVII. Alii itaque falſitatem hanc animadvertentes, aliam repererunt ſententiam, & quidem nonnulli, inter quos Matthias Flacius *part. 1. Clav. Script. Luc. Oſiander not. ad Matt. xxvii;* Gerhardus *l. d. Cornel. à Lapide l. d.* Pau-



Paulus Tarnovio, Adamus Conzenio,  
 Augustinus Marloratus in *Cathol. N. T.*  
*Exposit. part. I. p. 254.* Angelus Caninio  
*de locis N. T. c. II.* Georg. Pasor in *nom.*  
*propr. p. 16.* & plurimi alii; ita dictum  
 volunt à craniis decollatorum quæ ibi  
 prostrata jacuerint.

§. XXXIIX. Quamvis autem huic  
 sententiæ Baronius *ad Ann. Chr. XXIV.*  
 Lorinus & Gretserus *lib. 1. de cruce,* ne-  
 gantes decollationem Judæis in usu  
 fuisse, minus recte (vide §. XIV.) sese  
 opponant, premitur tamen illa hæc  
 non levi difficultate, quod Judæis mo-  
 re receptum facinorosos etiam sepul-  
 turâ, quamvis minimè honestâ, digna-  
 ri, quod præter alios ex *Misna cap. VI.*  
 §. 5. patet & *Gemara*: Verba *Misnæ* ita  
 habent אלה שני בתי קברות היו מתקנין  
 לבית דין אחד לנשקלין ולנשרפין אחד  
 : *Duo sepulchra à Sena-*  
*tu constituta fuerunt, unū lapidatis & ustis,*  
*alterum gladio & laqueo interemptis; imo*



W. Schickardus *l. d. Theor. XIV. p. 99. ex Maimonidis Hal. Sanhedrin. cap. XV.* mentionem facit, una cum facinorosis instrumenta (lignum nimirum, de quo quis suspensus, lapidem quo quis obrutus, gladium quo quis decollatus, mapam, quâ quis suffocatus) non quidem in ipso sepulchro, sed in carcere fuisse sepulta, ut contumeliæ memoria omnis tolleretur. Vid. Martin. Geierus *de Ebreor. luctu cap. VI. §. 10. p. 131. sqq. allegans Seldenum l. 2. de Synedr. & refutans Sam. Petitem l. 1. var. lect. scribingentem omnino insepultos abiectiones fuisse illos in quos severum ire vellent iudices; it. §. 15. p. 145. sqq. Qvensted de Sepult. veter. Lightfoot Hor. ad Matth. XXVII, 58. Frid. Müller de sepulchris Hebræorum veter. Lib. III. cap. 8. & alii.*

§. XXXIX Et licet nonnulli respondere velint, aliam, Judæâ in formam, Provinciæ à Romanis redactâ, & capitalibus suppliciis ab iis ablati fuisse rationem, ita ut apud Romanum Præsidentem



dem steterit, animadversorū, eorumq;  
 vel Judæorum, vel gentilium cadave-  
 ra ad sepulturam tradere, aut ab eâ ar-  
 cere, quod Romanis non infrequens;  
 tamen nec sic omnis difficultas ablata;  
 quis enim probabit tantâ frequentiâ,  
 cum Judæi, Legum suarum observan-  
 tes, sepulturam petere & consequi po-  
 tuerint Joh. XIX, 31. cadavera aut cra-  
 nia insepulta fuisse abjecta, ut locus  
 inde nomen traheret; Taceo incertū  
 esse, eo demum tempore, quo Roma-  
 ni Judæos subjugârunt, hunc montem  
 ita nominari incepisse.

§. XL. Quam difficultatem Hugo  
 Grotius in *not. Evangel. lib. II. 257.* apud  
 Walæum *p. 328.* Gerh. Johannes Vos-  
 sius *lib. II. Harm. Evang. cap. VII.* Daniel  
 Heinsius in *Aristarcho f. 196.* Adam. Con-  
 zenius *Comment. ad Ev. Tom I. p. 561.* Cor-  
 nel. Jansenius in *Concord. Evang. cap. 143.*  
 Henric. Kipping. *l. d. Exercitat. IX. num.*  
*2. p. 66.* & alii animadvertentes malunt



montem hunc ita appellatum, non quod multa ibidem crania insepulta conspicienda, sed simpliciter, quia facinorosi capite ibi plecterentur.

§. XLI. Sunt tamen etiam (ut silentio involvam mysticam Gretseri apud Cornel. à Lap. *l. d.* sententiam, quam Joh. Maldonatus in *Matth. xxvii.* etiam Cyrillo Hierosolymitano adscribit, propheticè ita dictum esse, quod in eo verum caput nostrum Christus moriturus fuisset; nec non illam, cujus Baradius *l. d.* addens legendum esse Cyrillum *catech. 13.* & B. Gerhardus *l. c.* mentionem faciunt; *Est qui statuit montem à similitudine sic dictum fuisse, propterea quod esset calvus arboribus, carens herbis, totus saxosus ac sterilis & proinde damnatorum supplicis destinatus.*) Sunt, inquam, non pauci, qui ita à formâ externâ, rotunditate nimirum, cranii instar dictum esse hunc montem sentiant; cujus sententiæ Patronum Joh. Maldonatus *l. c.* itidem Cyrillum facit, eamque defen-

dunt



dunt Georg. Calixtus *lib. VII. Concord. Evang. p. 506.* D. Henr. Müllerus *l. d. & in Disput. de passion. & Crucifix. Domini c. 32.* Beza *ap. Ba'duinum Waleum in Job xix. p. 987* Guido Fabritio *apud Ottonem Gualterium in Sylloge vocum exoticarū ad Matth. xxvii.*

§. XLII. Etsi autem litem hanc in controversiâ dirimere sit difficillimū, ut tamen, salvis aliter sentientium iudiciis, ingenuè dicam quid sentiam. duæ posteriores sententiæ, Grotii nimirum & Calixti, simplicissimæ & minus difficultatis habentes mihi videntur; præsertim cum nec infrequens nec etiam inusitatum locum quendam ab externâ, quam repræsentat, formâ denominare.

§. XLIII. Fuit autem (testibus sæpius laudatis Gerhardo & Barradio *l. d.*) Golgotha locus publicis suppliciis infamis, vicinus urbi Hierosolymæ *Job. xix, 20. ad plagam Occidentalem, quâ parte vergit in Septentrionem, in monte petroso & mediocriter*



alco situs, quâ erat via in Silo & Gabaon, p. 611. addit: mons ille à quodam veterum sic describitur, quod fuerit ascensu arduus, aspectu horridus, morientibus in eo inhonestus, subsistentibus in eo graveolens, de quo nonnulli fabulantur ipsum in medio hujus universi situm, ostendi nimirum in templo montis Golgotha foramen rotundum, quod Christus digito indice monstrârit discipulis suis & mediū totius mundi designârit; quod ex Itinerario Illustrium Baronum Joh. Werli à Zimber & Heindr. à Stoeffel recenset & rejicit Ægidius Strauch in *Dissert. de Patriâ Messæ* §. 8. Videantur etiam P. Ravanell. *part. II. Biblioth. S. p. 1217. in voce Jerusalem*; & H. Casaubon. *Exerc. XVI. ad Annal. Baron. num. Lxxxii. p. 552.*

§. XLIV. Hoc in loco Christus voluit crucifigi, crucifigi extra portam, ut ostenderet virtutem passionis & crucifixionis suæ non esse includendam urbis Hierosolymæ aut Judææ Regionis finibus (Didacus Stella in

*Luc.*



*Luc. xxiii, 33. sive Tom. poster. pag. 497. 2.)*  
 sed ut, omnibus liberum ad se patere  
 adytum, & se neminem exclusurum,  
 esse venientem, patefaceret. Crucifigi  
 voluit in loco publico supplicio infam-  
 mi, ut infamia & execrabilia nostra  
 scelera lueret & infamiam nobis in  
 honorem verteret; imò ipsi loco in-  
 famiam detraxit. De Socrate L. An-  
 næus Seneca *Consolat. ad Helviam cap. xiii.*  
*p. 58. dicebat: Socrates carcerem intravit*  
*ignominiam ipsi loco detracturus, neq; enim*  
*poterat carcer videri, in quo Socrates erat.*  
 Verius de Christo: *Pœnam enim inquit*  
*Sedulius lib. 5. vestivit honore ipsaq; sancti-*  
*ficans in se tormenta beavit.* Tantum de  
 Loco.

§. XLIV. Sequitur nunc quarta cir-  
 cumstantia, quæ notat, **QVIBUS AU-**  
**XILIIIS** crucifixio Christi peracta. Ubi  
 ante omnia nonnulla præmonenda,  
 de concursu causæ primæ seu univer-  
 salis, Dei, cum minimè otiosus specta-  
 tor ille fuerit, quâ de re differentem,



D. Petrum audiemus Act. II, 23. Τῶτον  
 τῆ ὤρισμένη βαλῆ καὶ περιγνώσει τὰ θεῶ  
 ἔκδοτον λαβόντες διὰ χειρῶν ἀνόμων περι-  
 σπῆξαντες ἀνείλετε. Ἐ καρ. IV, 27. 28. συ-  
 νήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐν τῆ πόλει  
 ταύτῃ ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Παῖδα σου Ἰησοῦν, ὃν  
 ἔχρισας, Ἡρώδης τὸ καὶ Πόντιφικὸς Πιλάτος  
 σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, ποιήσαι ὅσα  
 ἡ χεὶρ σου ἔῃ βαλῆ σου περιώρησε γυνέου.

§. XLV. Manifestum nimirum, De-  
 um quidem ab aeterno lapsum homi-  
 num praevidisse, & ex mera Philanthro-  
 πία Filium suum pro hominum pec-  
 catis, ut justitiae suae satisfaceret, traden-  
 dum Redemptorem decrevisse: neque  
 autem praescientia illa ullam necessi-  
 tatem imposuit; non enim, quia praevidebat,  
 futurum erat, sed, quia futu-  
 rum erat, praevidebat: neque etiam  
 ejusmodi genus mortis, quod Christo  
 incarnato atque passio subeundum fuit,  
 illud decretum, de arduo nostrae Re-  
 demtionis negotio, ante jacta Mundi  
 fundamenta factum, ingressum fuit;  
 potu-



potuisset enim DEUS, pro suâ sapien-  
tiâ, aliam rationem inire ac viam, abs-  
que ullâ Judæorum aut gentilium o-  
perâ; Quia autem idem DEUS odium,  
quod impulsu Satanæ Joh. XIII, 3. Ju-  
das, Judæi & gentes adversus Messiam  
habaturi essent prævidit, fieri permisit,  
& quidem ita, ut gratiam suam, quâ  
præsentem Messiam agnoscere potu-  
issent, antea uberrimè oblatam, justis-  
simè ipsis, quia illâ indignos se fece-  
rant, subtraheret, eos tamen sustenta-  
ret, facultates agendi, sine tamen de-  
fectus adhærentis productione, elargi-  
retur, actiones scelestissimas non im-  
pediret, sed bonū finem exinde, con-  
tra voluntatem agentium, eliceret,  
passionem scilicet & vitam pro Mun-  
di vitâ.

§. XLVI. Factum itaque Diabolo  
imperante, Judæorum & gentium tur-  
bâ agente, & Deo permitte, quod  
Prosper breviter effert Deo, inqviens,



*Actio displicuit, passio grata fuit.*

quem versus ex Magistro sententiarum lib. 1. sent. Dist. 48. *Actum* Judaeorum non voluit Deus; passionem vero Christi voluit; explicare possumus, & clarius adhuc ex Leone Serm. xvi. de pass. Multum diversum, inquit, multumq; contrarium est id, quod in malignitate Judaeorum est praecognitum, & quod de passione Christi est dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde voluntas moriendi, nec de uno extitit Spiritu atrocitas sceleris & tolerantia Redemptoris; non enim impias furentium manus in se Dominus immisit, sed admisit, nec praesciendo, quod futurum est coegit, ut facerent, cum tamen ad hoc ipsum carnem suscepisset, ut fieret. Vid. Wolffg. Franzius de Interp. Script. pag. 188. sqq. Matthias Hafenreffer LL. Theol. Lib. 1. Loc. III. De Provid. p. 97. sqq. Michaël Waltherus in Harm. Script. ad Act. II, 23. Phil. Henr. Friedlib. Theol. Exeg. Tom. II. pag. 225. 228. 229. 254. Feurbornius Disser. Theol. Fascic. II. p. 37. sqq. ad Act. II, 23.

S. XLVII.



§. XLVII. Non itaque Judas Ischa-  
riotes, Judæorum Pontifices, & Se-  
niores, nec Pilatus excusandi, multò  
minus laudandi, quod Cajani olim, in  
diversa licet abeuntes, fecerunt, de  
quibus Epiphanius in *Panario* lib. I. Tom.  
III. seu *her.* 38. p. 124. οἱ μὲν γὰρ λέγουσι,  
Διὰ τὸ πονηρὸν εἶναι τὸν χριστὸν πρὸς τοὺς  
Ἰουδαίους, ὑποκρίσασθαι ἑαυτὸν ὑπὸ Ἰούδα, βαλόμενον Διὰ τὸ  
φρενὸς τὰ κτὶ τὸν νόμον. ἐπαινεῖσι γὰρ τὸ καὶ  
καὶ τὸν Ἰούδα, ὡς ἐφίλω, καὶ λέγουσι, τούτου  
ἐνεκεν πρὸς τὸν Ἰούδα, ἐπειδὴ ἠβέλετο  
καταλύειν τὰ καλῶς διδασκόμενα. ἄλλοι  
ἢ τῶν αὐτῶν, εἰς τὸ φασίν, ἀλλὰ ἀγαθὸν αὐ-  
τὸν ὄντα παρέδωκε κτὶ τὴν ἐπερὶ τὸν γινώ-  
σιν. ἐγνωσαν γὰρ φησὶν οἱ ἄρχοντες, ὅτι  
εἰ καὶ ὁ χριστὸς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἑαυτὸν κενεῖται αὐ-  
τῶν ἢ ἀδελφῆς διώματις. Ἐτέρον φησὶ γὰρ  
ὁ Ἰούδας, ἐσπύσε καὶ πάντα ἐκίνησεν, ὡς  
τε πρὸς τὸν αὐτὸν, ἀγαθὸν ἔργον ποιήσας  
ἡμῖν εἰς σωτηρίαν. καὶ δεῖ ἡμᾶς ἐπαινεῖν,  
καὶ ἀποδοῦναι αὐτῷ τὸν ἔπαινον, ὅτι δι'  
αὐτοῦ κατεσκέδαθη ἡμῖν ἢ τὸ εὐρυθὲς σωτη-  
ρία ἢ Διὰ τῆς τοιαύτης ὑποκρίσεως τῶν  
ἀνω ἀποκάλυψις. In Latina Jani Cor-  
nari



narii versione p. 125. hæc ita vertuntur:  
 Aliqui enim dicunt eo, quod malus esset Chri-  
 stus, traditum esse ipsum à Judâ, quum vellet  
 pervertere doctrinam legis. Laudant enim  
 ipsum Cain & Judam, velut dixi & dicunt:  
 Eâ de causâ tradidit ipsum, quoniam volebat  
 dissolvere ea, quæ rectè tradita erant. Alii  
 vero ex iosis, Non inquirunt, sed quam bonus  
 esset tradidit ipsum juxta caelestem cognitio-  
 nem. Noverunt enim, inquirunt, Principes,  
 quod si Christus traditus esset cruci, debilis  
 ipsorum virtus evacuetur. Et hoc, ajunt,  
 quum nosset Judas, festinavit & omnia com-  
 movit, ut traderet ipsum, bonum opus faciens  
 nobis ad salutem. Et oportet nos laudare,  
 ac laudem ipsi retribuere, quoniam per ipsum  
 parata est nobis crucis Salus, & per hoc pro-  
 positum superiorum revelatio. Videantur  
 etiam Irenæus lib. I. cap. ult. Tertullia-  
 nus lib. de Baptismo cap. 1. Philastrius Bri-  
 xiensis de Heres. Augustinus ad Quod  
 vult DEum. Bern. Lutzenburgus in Ca-  
 tal. Heret. Lib. II. Lit. C. Quidnam est  
 malum bonū dicere & laudare si hoc  
 non est?

§. XLIX.



§. XLIX. Verum minimè illos excusandos, quilibet, qui Evangelicas historias vel primis labiis degustavit, dicere poterit, & apprimè huc faciunt quæ D. Joh. Georg. Dorscheus in *Interpellat. ad Mediat. Triglandii p. 238. sqq.* prolixè docuit, inter alia simili quodam utens, quod, quia rem egregiè illustrat, adscribam: Sit, inquit, aliquis, qui lethale apostema habet, velleq; illud incidi modo convenientissimo. Superveniret aliquis districto ense, animo interficiendi, & latrocinandi, ensẽm adversus agrotantem dstringeret, incideret præter suum consilium apostema, quâ incisione salus agro compararetur. Sane ille ager dicere posset: ille me obruit ad faciendum id, quod ego dudum volebam, & in consiliis verisq; habebam. Interim ille apostematis incisor, & vulnerationis auctor suum ductum sive impetum secutus, licet feliciter & salutariter egerit, per accidens tamen & extrinsecâ ordinatione ita egit, ut in & per se scelerate operatus, & latronis publici pœnam meritus fuerit: Sic incidi voluit & vulnerari (crucifigi etiam) pro



*pro orbis redemptione Filius Dei. Obvii erant  
Judei & gentes ad violentam & per se ne-  
quaquam medicam incisionem; Filius Dei ad-  
misiſit, DEus Pater permisiſit. Sic facta eſt Fi-  
lii Dei incifio, & decreta vulneratio, pro ſa-  
lute orbis, licet DEus illam violentam & ſan-  
gvinariam incifionem non decreverit, verum  
illâ tantum in ſuo decreto faciendorum & fi-  
endorum uti decreverit.*

§. XLIX. His ita præfatis ad hanc i-  
pſam §. XLV. dictam circumſtantiam,  
quibus nimirum auxiliis Chriſtus cru-  
cifixus accessum facio, ubi quidem  
nonnulla etiam dicenda forent de  
causâ morali, cujus nomine hîc veni-  
unt Judæorum Sacerdotes & Legis-  
periti, cum non paucis è reliquâ ple-  
be; & Procurator Romanus, Pontius Pi-  
latus. Verum ne nimis hæc Disserta-  
tio creſcat, tranſeo; poſſunt autem,  
præter innumeros, legi De Summis &  
aliis Judæorum Sacerdotibus Bona-  
ventura Cornelius Bertram *De Politia  
Judaicâ cap. 18. pag. 144. ſeqq. edit. in 8.  
Joh.*



Joh. de Pineda *de reb. Salom. lib. V. c. xiii. num. vii. ix. p. 519. 520. 521.* Joan. Lightfoot. *Horis in Matth. II, 4. p. 204.* Petrus Cuncus *de Rep. Ebraor. lib. I. c. 5. p. 23. lib. II. cap. I. p. 120. sqq. c. 3. p. 131. c. 6. p. 148. c. 8. p. 154. 155. c. 14. p. 176.* W. Lysero *Disp. VII in Evang. Job. §. Lxi.* Georg. Calixto *in Conc. Evang. p. 88.* Boldich *de Pontif. Max. Hebr. De Legisperitis Bertram. l. d. p. 153.* Joh. de Pineda *l. d. lib. V. cap. xii. num. IV. pag. 513. 514. 515. 516. 517. 518.* Joan. Lightfoot. *l. d. p. 205. in nov. edit.* Arias Montanus *Elucid. in Evang. p. 50.* Calixtus *l. I. p. 65.* Joh. Förstero *conc. II. de Passione. Dresserus in Isag. Hist. part. I. p. 299.* Fessel. *lib. I. Adv. 5. c. 1. p. 13.* Füller. *lib. 3. Misc. S. c. 19.* Schindler *Lexic. Pentag. p. 1448.* Joh. Buxtorf. *Lex. Talmud. voce פסח p. 1543.* Hotting. *Thes. Philol. lib. I. c. 2.* Cuncus *l. d. cap. xii.* Henning. *Archeol. pass. cap. I & de eorum vestitu Epiphan. Lib. I. Tom. I. Heres. xv.* De Pilato Sabellico *Ennead. x. lib. ix. p. 1016.*



1016. Historia Lombardica quę & aurea Legenda Leg. LI. Nic. Selneccerus Padag. Christ. part. II. p. 210. Försterus conc. 13. passionali. Daniel Clasen Lib. II. Exercit. Sacr. ad pass. Dom. c. 20. §. 1. p. 195. Martin. Zeilerg in Contin. Itin. German. cap. 17. p. 216. Christian. Thomasius de Injusto Pontii Pilati iudicio; & alii.\*

\* Obiter hoc loco indam quid nonnulli de sententia à Pilato hæc in causâ definitâ sentiant. Adrichomius in Harm. Gerh. cap. XI. his recitat: *JESUM Nazarenum, subversorem gentis, contemptorem Cesaris, falsum Messiam, ut majorum sua gentis testimonio probatum est, cruci affigite.* ultima verba: *cruci affigite*: Joh. Försterus conc. XVII. de Pass. ita effert: *ducite ad communis supplicii locum, & cum ludibrio Regie Majestatis in medio duorum latronum cruci affigite.* Luth. Tom. I. Isleb. hisce pronunciaffe autumat: *Quoniam JESUS Nazarenus Regem Judæorum sese professus coronam Casaream affectavit, ideo ego Pilatus, Imperatoris Romani Vicarius, & in Judæa præsens, iudico ipsum crucis supplicio afficiendum esse, idq; jure & merito: I Lictor, expedi cruces! In spurio Nicodemi Evangelio hæc legitur formula. Gens tua comprobavit Te Regem, propterea præcipio Te*



*Te primum flagellari secundum principum  
statuta, deinde in cruce ledari.*

§. L. Accedo autem ad ipsam cau-  
sam, quam vocant, physicam seu eos  
iplos, qui reverâ, entitate propriâ, rea-  
liter, in crucifixionem influxerunt, qui  
nulli alii, quam milites, Evangelistis  
attestantibus.

§. LI. C. Lactantius Firmianus lib.  
IV. cap. 26. quidem, cui accensetur &  
Hieronymus, carnificem hujus cruci-  
fixionis executorē statuere videntur.

§. LII. Quamvis autem manifestū,  
Romanis non defuisse Lictores & Car-  
nifices, quorum ministerio, atq; ope-  
râ, cum in aliis, tum in specie etiam in  
irrogandis suppliciis uterentur; Ta-  
men id in omnes Romanorū Provin-  
cias, & quidem eas, quibus *αὐτονομία*  
quædam relicta, qualis Judæa, extende-  
re quod nequeam, clara Evangelistarū  
verba obstant.

§. LIII. Nec est ut quis objiciat mi-  
lites ab infami istiusmodi officio ab-  
hor-



horruisse, cum non ignotū, ultimum  
 de aliquo sumere suppliciū non sem-  
 per nec ubiq; infame fuisse. Romę qui-  
 dem Lege Censoriā (ut Cicero *pro Ra-  
 birio perduell. reo* testatur) carnificem  
 moenibus urbis arcendum esse volue-  
 runt, constituentes ei extra portam Ex-  
 quilinam habitaculum, ne forsitan ho-  
 noratiores cives ipsi occurrentes pol-  
 luerentur. Adrian. Turneb<sup>9</sup> *Lib. XXIII. Advers. cap. 11.* Petr. Faber *Lib. II. Semestr. c. 8.* quare etiam tintinnabula ipsis præ-  
 sto erant, quorum tinnitu ii, qui in pro-  
 pinquo forsan erant, monebantur, ut,  
 formidine ejus occursum, suæq; pollu-  
 tionis, de viā cederent. Vid. Henr. Sal-  
 muth *ad Gvidon. Panciroll. Tit. 9.* Henr.  
 Kippingius *Lib. II. Antiq. Rom. c. 7.* & alii.  
 Apud Rhodios etiam, scribente Spei-  
 delio *in Speculo p. 586.* lege cautum fu-  
 it, ne carnifex urbem ingrederetur; A-  
 liter autem Hierosolymis & in Judæā  
 res sese habebat.

§. LIV.



§. LIV. Ex Sacris enim Pandectis constat, in populo Dei, absq; ullâ infamiæ maculâ (Vide Zepperum *in Explanat. Legum Mosaic. Lib. V. qv. 7. ap. Speidel. l. d.*) poenas capitis, si quis promeritus, sumsisse vel totum populum Lev. XXIV, 16. 23. Num. XV, 36. Deut. XIII, 9. 10. vel Reges & Judices, qui interdum hoc ipsum munus ipsimet susceperunt Jud. IIX, 21. interdum servis & famulis suis, prout quisq; obvius & ad manum fuit hoc negotii dedisse i. Sam. XXII, 17. 2. Sam. I, 15. 1. Reg. II, 25. 29. 31. 34. 2. Reg. IX, 32. vel testes Act. VII, 58. 59. *Conf. §. XIV. not. & Vid. Aug. Pfeiffer De Antiq. Judæor. morib. & ritib. Decad. II. posit. V. §. 2.*

§. LV. Taceo ab aliis etiam populis, absq; ullâ infamiâ, idem fuisse peractum; exempla, in cœnobio Heilbronnensi quondam monachum functum esse, & apud Lituanos accusatorem hodiè fungi vice carnificis, in Speidelio *l. d.* invenies. Lansius in Consultat. Tom. I.

or at



erat. *conter. Germ.* mentionem facit civitatis cujusdam Imperialis, (cujus nomen Conradus Rittershusius *Tractat. de Asylis* exprimit) quæ Senatori novissimo cuiq; munus onusq; imponebat carnificis, ita ut ipsum facinorosis capita amputare oporteret, gladio rubigine propemodum exeso etiamnum superstitite; addit idem Lansius pagum apud Francos, in quo maritus nuperimus cruciario laqueum innectat, & signo dato confestim omnes loci cives & imprimis quatuor Scultetos operam conferre, furemq; de annosâ & mutilatâ quercu suspendere. *Quin etiam in Angliâ, verba sunt Johannis Bodini lib. III. De Repub. p. 564. Proximi cuiusq; Parentum, fratrum, propinquorum, qui modo in crucem aguntur, extremum pietatis officium est agere carnificem, isq; de crabe humili pendentibus gulam frangere.*

§. LVI. Apparet itaq; ultimum de aliquo sumere suppliciû non semper, nec apud oes populos infame fuisse.

Ut



Ut ita nullum dubium, quod nec ab ipso milites abstinuerint, imprimis, quod carnificis officium eo tempore militare fuisse non obscura existent vestigia, *σπευλάτωρα* enim, cuius Marc. VI, 27. mentio est, nomen militare fuisse, constat ex Joseph. Lib. XIX. *Antiq. Jud. c. 1. L. Annæo Senecâ Lib. I. de Irâ c. 16. s. ult. p. 11. Lib. III. de Benefic. c. 25. p. 195. M. Annæo Lucan. Lib. II. De bello Pharsal. Svetonio Tranquillo Lib. IV. in vit. Cæs. Calig. Cornel. Tacito Lib. XII. Annal. Conf. Friedlib. Th. Ex. Tom. II. p. 128.*

§ LVII. Cur autem Judæi Ipsum non interemerunt Ipsi? Ipsimet hic respondent Joh. XII. 31. dicentes: *Ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἀποκτεῖναι ὁδόν.* Judæâ enim in provinciæ formam à Romanis victoribus redactâ, à Judæis jus supplicia capitalia irrogandi ablatum erat, quod quadraginta circiter annis ante ultimū excidium factum cum Talmude *Juchâ.*

D

fin



*sin* plurimi Rabbinorum (nominatim R. Mos. Kotzi, apud Gerbard, Harm. Passion. cap. IIX p. 325. Kimchi comment. ad Jes. LI, 6. Jarchi ad Gen. XLIX,) & ex iis Joseph Scaliger *Animadvers. in Euseb. fol. 282.* ostendunt. Apparet id etiam ex Josepho *Lib. XX. Antiq. Judaic. cap. IIX.* commemorante, Ananum Pontificē ideò, quod Jacobum fratrem Domini & alios coactò concilio impietatis reos pronuntiârît, eosq; lapidibus obruendos, absq; consensu Romani Præsidis, tradiderit, Pontificatu motum fuisse.

S. LIX. Nec obstat (ut siileam lapidationes Stephani Act. VII, 57. & Pauli cap. XIV, 19. cœco populi furore & absq; legitimâ causæ cognitione peractas) quod Marc. XIV, 64. Salvator de communi Cencilii sententiâ ἐνοχος Ἰουδαίων reus mortis declaratus sit: non enim omnem causæ cognitionem Judæis



dæis tunc temporis viventibus denega-  
 tam pronunciamus, sed tantum, quod  
 neminem, quem morte dignum judi-  
 cassent, absque consensu Præsidis Ro-  
 mani, ultimo supplicio afficere potu-  
 erint. Si enim contra leges Romanas  
 crimina commissa, (qualia homicidia,  
 latrocinia, seditiones & similia) de iis  
 Præses Romanus tantum cognosce-  
 bat; Sin autem contra legem Judæo-  
 rum (ita quidem, ut in legibus Roma-  
 norum illud non contineretur) tunc, si  
 levius crimen erat, ab ipsis Judæis ju-  
 dicium, etiam absque Præsidis consen-  
 su, fieri poterat, Act. XII, 15. c. XXV,  
 19. 20. poterantque rei multari verbe-  
 ribus modò, Matth. X, 17. cap. XXIII.  
 34. Marc. XIII, 9. Act. V, 40. II. Cor.  
 XI, 24; modò *ἀποσυναγωγία* Joh. IX,  
 22. cap. XII, 42. cap. XVI, 2; Sin vero  
 gravius, & reus morte multandus, ju-  
 dicium quidem facere poterant, non



autem, absq; Præsidis consensu, mortē inferre. Legantur hâc de re Joh. Gerhardus *loc. laud.* Helvicius *Disp. Giess. XII. §. 8.* Georg. Calixtus *in Concord. Evang. Lib. VI, cap. X.* Joh. Mich. Ditherr, *Orat. de crucifix. p. 31. 32.* Wilh. Schickhard. *de Jure Regio Ebr. cap. IV. & VI. sive Theorem. XIV, & XX. p. 100. 184.* Christ. Gerson. *in Talm. Judeor. Lib. II. cap. XLIX. p. 550.* Joh. Ern. Bornitius, *De Synedr. magno cap. VI. §. 6.* Christ. Thomafius, *de Injusto Pont. Pilati judicio s. LIX, sqq. ex H. Grotio ad Matth. XXVI, 66.* Joh. Buxt. *Lexic. Talm. fol. 1513.* Scaliger *d. l. Calaubonus Exercit. XVI. num. 81. ad Ann. XXXIV. num. 76. p. 529. 530.* Constantin. L' Empereur *ab Oppyk, ad Bertram p. 410. seqq. & ad Middorb p. 48.* Druſius *Lib. V. præter. p. 147.* Capellus *Vindic. Lib. II. cap. IX. X. P. Fagius ad Deut. X XI, 22.* Fr. Tolet9 *in Job. XLIX. annot. XXIII.* Cornel. Cornelii à Lapide *ad Matth. & Marc. fol. 515. col. 2.*  
Car.



Car. Sigonius *Lib. VI. cap. VII*; Dion. Petavius *de Doctr. Temp. Lib. XII. cap. 19.*

§. LIX. His ita se habentibus non opus, ut cum Theophylacto statuamus, causam fuisse spem majoris ac gravioris contumeliæ, quâ gentes ipsum affecturas sperârint; neque cum Cyrillo Alexandrino *Lib. XII. in Job. VI.* Augustino *Tract. cxiv. in Job. & Chrysostr. Hom. xxvi. ad Matth.* instans Pascha aut metum futuræ exprobrationis, ob perfidiam & mortem innocentem, opponamus, quam sententiam Gerh. Augustino itidem tribuit; aut, cum aliis, hoc ipso, Romanis tantum consueto, supplicii genere illos delectatos sentiamus.

§. LX. Verè itaque *Christus*, (ut cum Aurelio Augustino *de catech. rudib. cap. XVII. loquar*) *passus est à peccatoribus pro peccatoribus*; quæ verba svadent ut relicta Quartâ ad Quintam nunc nos conferamus circumstantiam.

D 3

§. LXI.



§. LXI. In hâc qværitur CUR? CUR  
 & ob qvem finem Christus est crucifi-  
 xus? Respondeo verbis Symboli Oe-  
 cumenici, qvôd Nicææ in Bithynia  
 Anno reparatæ salutis CCCXXV, Im-  
 perante Constant. Mag. à CCCXXIX.  
 Episcopis conscriptum est: Πιστεύω εἰς  
 ἓνα κύριον Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν τῆς θεῆς τὸν μο-  
 νογενῆ ὄντα. Τὸν δι' ἡμᾶς τὰς ἀνθρώπους,  
 καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόν-  
 τα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθέντα ἐκ πνεύ-  
 ματος ἁγίου καὶ μαρίας τῆς παρθένου. καὶ  
 ἐνανθρωπίσαντα. ΣΤΑΤΡΩΘΕΝΤΑ ΤΟ  
 ΠΕΡ ΗΜΩΝ ὑπὸ ποντίας πιλάτου καὶ πα-  
 θόντα ὄντα ὄντα ὄντα.

§. LXII. Finis nimirum, ut aliàs, ita  
 & hic est duplex: Cui & Cujus? qvo-  
 rum hic à Dan. Stahljo in *Compend. Me-  
 taphys. Tab. x. p. 14.* definitur, id, *cujus ef-  
 ficiendi vel acquirendi gratiâ aliquid fit, vel  
 expetitur, ita, ut non sit simul subiectum, cui  
 fit vel expetitur. Ille, id, cui alter finis effi-  
 citur vel acquiritur, vel illud, cuius gratiâ*  
 alia



*aliquid expetitur, ita ut sit simul Subiectum,  
cui expetitur.*

§ LXIII. Ut de fine hâc in re Cui di-  
cam priùs, Christus passus & crucifixus  
est non pro se, quia non indigebat, e-  
rat enim innocentissimus, qualem Pi-  
latus plus simplici vice ipsum pronun-  
ciabat; qualem ejus uxor, Judas, Cen-  
turio, ipsæque res inanimatæ testabân-  
tur; de quo Apostolus: *ἀμαρτίαν ὅκ  
ἐποίησε, ἔδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ σώματι  
αὐτοῦ* 1. Pet. II, 22. erat *κεχωρισμένον ἀπὸ  
τῶν ἀμαρτωλῶν* Ebr. VII, 26. 27. nihil  
in eo Princeps Mundi, Diabolus, habe-  
bat Joh. XIV, 30. quare Theodoretus  
Orat. x. de provid. Christum Diabolum  
his verbis alloquentem inducit: *Dic  
quare corpus meum cruci affixisti & morti  
tradidisti? quam peccati speciem in me con-  
spicatus es? quam legis transgressionem vidi-  
sti? en diligentius nunc nudum in cruce hac  
videns scrutare: inspicere linguam omni probro  
carentem, & auditum omni noxa liberum,*



oculos item, qui nullam extrinsecus corruptionem senserunt, & manus ab iniustitiâ quidem alienissimas, omni autem iustitiâ ornatas, pedesq; non qui malitiæ causâ, ut Propheticiis verbis utar, concurrerunt, sed qui virtutis stadium sunt emensi: scrutare quam diligentissimè omnia corporis membra, inquire anime motus &c.

§. LXIV. Neque etiam ideò passus & crucifixus, ut sibi aliquid, exaltationem nimirum, mereret, quod Bellarmin. *Lib. v. cap. ix. de Christo. it: Comment. in Ps. cx.* (cum quo nonnulli etiam ex Calvinianis & Photiniani faciunt) sibi persuasit: nam exaltationem illam & gloriam non habuit ex aliquo merito, sed ex ipsâ incarnatione, fuit itaq; gloriæ divinæ per unionem personalem, quoad actum primum, & quoad jus majesticæ gubernationis particeps Col. II, 9. quam post Resurrectionem & Ascensionem in coelos nunc demum actu secundo & plenariè usurpat.



pat. Quid ad hæc tùm Ipse Bellarmin.  
tùm ejus hyperaspistes Becanus *Theol.*  
*Scholast. part. iii. cap. xiv. qv. 3.* obganni-  
at prolixè refutavit Jac. Martini *Colleg.*  
*I. in August. Conf. Disp. xv.* Videantur e-  
tiam Sebast. Gottfr. Starck. *Disp. pro*  
*Licent. Artic. II. punct. II. §. 52.* Andre-  
as Kesler, *in Explicat. Rom. iv, 24. §. xxxix.*  
Phil. Henr. Friedlib. *in medullâ Theol. p.*  
*632. de Pers. & Offic. Christi qv. 83.*

§. LXV. Neq; etiam Angelis Chri-  
stus aliquid meruit, qui nævus fuisse di-  
citur Hieronymi Stridonensis *in Com-*  
*ment. ad Eph. 1. & iv.* non hominib; tan-  
tùm sed & Angelis profuisse crucem  
& sangvinẽ Christi. Vid. Matth. Zim-  
merman. *Anal. Miscell. Menstr. p. 170. mens.*  
*iv. num. 1.* non bonis propriè loquendo,  
quod contra Becanum Jac. Martini,  
*d. l. §. xxxv. i. seqq.* prolixè ostendit; non  
malis, qui error Origenis fuisse credi-  
tur. Videantur Joh. & Joh-Ern, Ger-  
har-



hardi, ille in *Locis Theol. Loc. de Infern. S. Lxii*, hic in *Disp. Theol. Decad. v. num. vii*. nam τὸ ἀπερὸς ληπτὸν ἀθεράπευτον. Legatur etiam Petr. Greg. Tholos. *Comment. in Syntax. art. mir. Tom. iv. part. prior. cap. xix. p. 226.*

§. LXVI. Multò minùs crucifixio & mors Christi pro astris facta, qui error itidem Origenis Adamantii fuisse putatur, qui *Tom. i. Comment. in Joan.* stellas non modo putet esse animatas; sed etiam virtutis atq; vitii capaces, siquidem Jobus cap. xxv. stellas vocet immundas, quare non vereatur dicere, *Christum non tantum pro peccatis hominum, sed etiam astrorum esse mortuum.* Vid. *Disp. de Gemitu creaturae non intelligentis Joh. Christ Ottonis, cap. iii. membr. i. §. i.*

§. LXVII. Pro hominibus itaque solùm iisque integris, non pro animabus tantùm, qui itidem Manichæorum error, teste Ægidio Strauchio *l. l.* Christus crucifixus est, & quidem pro omnibus,



bis, non pro electis tantum, quod Reformati volunt, quodque fusè licet falso sibi defendendum sumsit Petrus Ravanell. *Biblioth. Sacr. part. 1. p. 300.* Nostra enim sententia firmissimis Scripturæ dictis, in quibus non solum indefinitè pro hominibus (*quæ passim*) sed etiam universaliter pro omnibus (*Jes. Liii, 6. Rom. v, 18. 19. 1. Cor. xv, 22. 11. Cor. v, 14. 15. 1. Tim. ii, 6. Hebr. ii, 9. Conf. Job. i, 29. cap. iii, 16. 17. cap. iv, 42. cap. vi, 51. cap. xii, 47. Rom. 11x, 32. 2. Cor. v, 19. Col. i, 20. Tit. ii, 11. Heb. ii, 15. 1. Job. ii, 2. cap. iv, 14.*) quin etiam specificè & notanter pro illis qui pereunt (*Rom. xiv, 15. 1. Cor. 11x, 11. 11. Pet. ii, 1. Ebr. x, 29.*) Christus in cruce mortuus pronuntiatur. (*quæ frustra allatrat Marc. Frider. Wendelin. De predestin. cap. xiii. p. 67. seqq.*) & orthodoxorum Patrum (*quorundam verba vide sis in Compend. Theol. Patr. Henr. Eckhardi cap. v. p. 74.*) consensu roborata firmissimo stat & stabit talo. Vid. *Form. Concord. p. 618.*



019. 803. *Ex eâ Leonh. Hutter. Compend. Theol. Loc. xiii. qv. 7. Articuli. Visitat. iv. thes. 1. Et quæ ad illos Dan. Henrici in Artic. Visit. Eccl. Christ. p. 307. seqq. Joh. Gerhard. in Loc. Tom. ii. de Elect. Et in Aphorismis cap. vii. §. 48. 49. p. 53. 54 et. in LL. Theol. Epitome Tab. x. p. 31. Joh. Förster. in Thesaur. Catechet. Symb. Apost. Decad. iii. Probl. ix. Joh. Hülseman. Diss. de predest. §. xx. seqq. Matth. Hafenreffer, Loc. Theol de Christo p. 358. seqq. Friedlib. in Medull. Loc. de predest. qv. xiv. p. 468. Conrad. Dieteric. Instit. Catechet. p. 506. seqq. Ut ita appositè loqui videatur Andr. Chraftovius, qui & ipse Calvini sector, Lib. 1. de Opific. Missæ §. Ciii. Debebat Christus non solum à fidelibus sed etiam ab infidelibus in cruce videri, quia est propitiatio pro totius Mundi peccatis; licet sequentia ejus verba non nihil monstrant.*

§. LXIIX. Finis crucifixionis & mortis Christi Cujus dispesci potest in principalem & minus principalem; minus prin-



principalis est, ut præberet nobis ex-  
 emplum injurias & quasvis afflictio-  
 nes patienti & constanti animo tole-  
 randi; 1. Pet. II, 21. inò ex charitatis  
 affectu Eph. V, 2. mortē ipsam, quan-  
 do expedit, pro fratribus subeundi  
 1. Joh. III, 16; it. Ut Scripturæ V. T.  
 Prophetiæ implerentur. Matth. XXVI,  
 24. 54. 56. Marc. XIV, 49. Luc. XXII, 37.  
 XXIV, 44. Joh. XIX, 28. 36. Act. III, 18.  
 XIII, 27. 29. Principalis autem, ut uno  
 verbo dicam, est Satisfactio, ut poenā  
 peccatis nostris debitam sustinens di-  
 vinæ pro nobis satisfaceret justitiæ, &  
 sic peccata nostra expiaret & aboleret.  
 Jes. LIII, 5. 8. Rom. IV, 25. 1. Cor. XV,  
 3. Gal. I, 4. Eph. V, 2. 1. Pet. II, 24. III,  
 18. 1. Joh. II, 2. Ebr. IX, 14. 15. 26. X, 12.  
 Hinc Christus mortuus dicitur pecca-  
 to Rom. VI, 10. Non ut peccare desi-  
 neret (quo sensu fideles dicuntur mor-  
 tui peccato) sed ut peccatum destrue-  
 ret



ret, 1. Joh. III, 5. 8. Peccata enim nostra ei imputata fuerunt Jes. LIII, 6. II. Cor. V, 2. ac proinde loco nostro, poena peccatis nostris debita ipsi perferenda fuit, unde etiam dicitur, tum quod dolores nostros bajulaverit, Jes. LIII, 4. tum quod peccata nostra tulerit v. 11. 12. Joh. I, 29. Ebr. IX, 28. & pretium pro redemptione nostrâ DEO persolverit Matth. XX, 28. 1. Tim. II, 6. Exinde fluit testamenti gratiæ confirmatio Ebr. IX, 15. 16. 17. Nostra cum DEO reconciliatio 1. Pet. III, 18. nostra corâ DEO justificatio Gal. II, 21. & peccatorum remissio Matth. XXVI, 28. Tit. II, 14. ac sanctificatio Eph. V, 25. 26. 27. Ebr. III, 12. & vitæ æternæ consecutio Joh. III, 14. VI, 51.

§. LXIX. Est quidē Satisfactio Christi sudes imprimis in oculis Socinianorum, qui eam prætractè negant; (ut taceam Pontificios & Calvinianos, qui  
erro.



erroneis suis hypothefibus errori huic  
 vaſ vas aperuerunt, hi in primis per ab-  
 ſolutum decretum, & de quâ ſupra, re-  
 demtionem particularem; illi per ne-  
 gationem imputationis meriti Chriſti;  
 doctrinã de fine paſſionis, quod robur  
 noſtris operibus promerendi vitam cõ-  
 tulerit; aſſertionem de Satisfactione  
 Chriſti non ex ſufficientiã meriti, ſed  
 gratuitã DEI acceptatione &c. Vid.  
 Dan. Kandsdorff in *Diſp. Inaugur. Pref.*  
*Matth. Tabberti ante biennium Gryphis Wald.*  
*bab. de Acceptilatione. & Keſler l. l. §. xxxix.)*  
 & qui cum eis hãc in re conſpirant Ar-  
 minianorum ſeu Remonſtrantium,  
 quibus Chriſtum morte ſuã id obtinu-  
 iſſe, ut viam nobis panderet, qua nos i-  
 pſos ſalvare poſſemus fit verifimilius.  
 teſte Hieron. Kromayero in *Scrutinio*  
*Relig. p. 197. Diſp. iix. §. xxiv.* & aliorum  
 hac in re Patronorum Acceptilationis  
 ſeu ſolutionis imaginariã, quando de-  
 bitori accepta fertur perſolutio, cum



tamen non persolverit, persolvissè autem putatur, quia creditor illud debitum sponte dimisit, desinente *ex Flacii part. 1. clav. voc. Acceptil. Meisneri Philos. Sobr. part. 11. cap. 1. Qv. xxix. & Laymann. Theol. Moral. Lib. 111. tr. 1v. c. 111. Theod. Hackspanio in term. Dist. & Divis. Philosophico Theol. p. 5.* quibus rectè opponitur responsio Hug. Grotii *de Satisfact. Christi cap. vi.* Primò vocem illam (acceptilationis) etiam cum solutio nulla antecessit, etsi ad jus crediti aptari possit, ad pœnas tamen nec posse, nec solere: neque enim indulgentiam criminum solere acceptilationem vocari: deinde acceptilationem opponi qualicunqve solutioni: at Christum *λύτρον* dedisse vitam suam pro nobis *Matth. xx, 28.* & pretio nos emtos hoc est solutione aliquâ liberatos esse, *1. Cor. vi, 20. vii, 23.* Add. *Stegman. Photinianism. Diss. xxxiv. p. 392.*

§. Lxx.



§. Lxx. Et licet vox Satisfactionis tot literis & apicibus in Latinâ Bibliothecarum versione (quod nec necessarium, agnoscentibus alibi ipsis Neo-Photinianis seu Socinianis) non legatur, habemus tamen, Hebraum & Græcum sensum si attenderimus, æquivalentes; qualis oblatio Eph. v, 2. Ebr. ix, 14. Expiatio Gen. xxxi, 39. Redemptio & similes; item verbum *ἁποκατάστασις*, quod Act. xx, 28. de hâc materiâ legitur, præsertim cum pretium interveniens eidem jungitur, ad vocabulum satisfactionis quam proximè accedit; & sufficit rem ipsam, quod §. Lxix. ostensum, abundè in sacris literis contineri. Vid. Kromayer *l. l. p. 183. 184. s. Diss. vii. s. xlv. seqq.* Add. Jac. Martini. *Colleg. in A. C. i. Diss. xv. Abrah. Calovio. Socin. proflig. p. 392. 393.* Joh. Meisner. *Diss. de Sang. Christi s. Lix.* Friedlib *in Medull. p. 626. seqq. de Pers. & off. Christi. Qv. Lxxvi. seqq.*

§. LXXI.



§. LXXI. Progredior nunc ad sextam crucifixionis Christi circumstantiam, five τὸ QVOMODO: QVOMODO crucifixio Christi peracta? Ubi quædam antè de crucis materiâ & formâ sunt monenda, quarum quidem supra, circa secundam ita dictam circumstantiam, mentio facienda; certis tamen de causis huc id distuli.

§. LXXII. Circa materiam plusquam anilis & putida primò se offert fabula, quam recitant Historia Lombardica, quæ & aurea Legenda *Leg. Lxiv. ex Evangelio Nicodemi; & quâdã historiã Græcorum apocryphã, it. Johanne Beletb; nec non Historiã Scholasticã; & ex eadem, Nicolaus de Lyra ad Job. v. Ludov. de Dieu animadv. in Histor. Christi Xaveri Persicam p. 602. ex Comestore lib.3. Reg. c. 26. & in Hist. Evang. c. 81. & Barrad. Tom. II. L. VI. cap. II. & ex eo Matth. Zimmerman ad Tertull. Finnt non nasc. Christiani §. 247. p. 437. Citantur etiam à Joh. de Pinedã in Salom. previo seu*



seu de reb. Sal. Lib v. cap. xiv. num. ix, 51.  
 p. 550. seqq. Petrus Blesensis serm. 1. de Adv.  
 Dionysius, Hugo & Card. Toletus, Barradas,  
 Greiserus lib. 1. de cruce cap. xv. & imprimis  
 obsoletissimus quidam, quem in Bibliotheca Co-  
 lumbi Ecclesie Hispalensis conspexerat, liber I-  
 talicâ linguâ conscriptus cui titulus: Fiorero  
 novello del Testamento vecchio e novo, ex quo  
 ab ipso versa, licet proluxa, quia tamē  
 quæ alii diversimode proponunt con-  
 nectit, & quia Pineda in paucorum  
 manib9, non pigrabor adscribere: Mo-  
 ribundus Adam (vertit ex Lib. 1. c. 76.)  
 Precipit Seth, ut contendat statim ad Cheru-  
 binum Paradisi custodem, petiturus particu-  
 lam olei misericordie, quam DEus illi pulso ē  
 Paradiso pollicitus fuisset. A quo Seth via i-  
 gnarus cum signa aliqua quæsisset, pergere  
 iussit in vallem Hebron, atq; ibi quondam fixa  
 Adami & Eve vestigia investigare, in quibus  
 nihil unquam virentis herba provenisset, quo-  
 rum vestigiorum ductu viam Paradisi tenere  
 posset. Subjicit deinde cap. 77. ejusd. libri:  
 Obiit Seth patris mandata diligenter, & illa  
 ipsa



ipsa via indicia cum tenuisset, jam Paradiso  
 proximus, ac tanto loci splendore percussus, in  
 ipso horti ingressu consistit; accurrens Angelus  
 (Hist. Lomb. Michaëlem hunc An-  
 gelum nominat) querit quid velit: Seth  
 mandata Patris exponit; Angelus vero beni-  
 gnè exceptum permisit Seth caput oculosq; in  
 Paradisi locum circum spectandum emittere,  
 atq; attentè cuncta observare. Vidit verò in  
 Paradisi medio uberrimum quendam atque  
 amplissimum fontem, ex quo quatuor illa flu-  
 mina ducebantur, quæ universam terram ir-  
 rigant, propter fontem vero ingentem arbo-  
 rem multis diffusam ramis, sed sine foliis sine  
 cortice; quo statim viso veram illius excorti-  
 cationis & foliorum defluviū causam mente &  
 ratione complexus Seth primorum Parentum  
 peccatum fuisse cognovit. Rursus admonitus  
 Seth ab Angelo dispicere, iterum videt obser-  
 vatq; arborem illam tam proceram, ut vertice  
 cælum attingeret, in ipso vero arboris cacu-  
 mine confidentē infantulum vagientem & plo-  
 rantem. Suorum vero Parentum peccati ori-  
 ginarii refricatâ memoriâ pudibundus Seth,  
 demissis oculis & vultu in arboris truncum,  
 vi-



videt deflexos deorsum ramos & per mediam  
 cellurem ad infernum usq; penetrantes: in-  
 quem cum attentius despiceret, videre sibi vi-  
 sus est atq; agnovisse Abelis animam. Conver-  
 so deinde ad Angelum, & visa omnia narran-  
 ti, Angelus exposuit, quis esset infanculus ille  
 cacumini arboris insidens, nimirum DEI Fili-  
 us. Is, inquit Angelus, vagitu & lacrymis  
 Patris matrisq; tua peccatum prosequitur,  
 idemq; ipse peccatum destruet suo tempore:  
 Hoc oleum misericordie à DEO parenti pro-  
 missum pulso è Paradiso. Ergo Seib de redi-  
 tu cogitanti dedit Angelus tria seminis grana  
 illius ejusdem arboris, cujus vetitum pomum  
 carpserat Adamus, simulq; injunxit, ut triduo  
 post reditum suum, jam diem obeunte Adamo,  
 tria illa granain os defuncti, subtus linguam,  
 inderet, sicq; Cadaver sepultura mandaret.  
 Adamus de suo intra tres dies obitu certior  
 factus à Seib, atque de rebus aliis instructus,  
 totus rid. bundus atq; hilaris gratias DEO a-  
 git, & jam post satis longam vitam Spiritum  
 suum in illius manus deponit. Ergò statuo die  
 moritur. Mortuo vero Parenti, inditq; tri-  
 bus illis granis subtus linguam, justa funeris  
 per-



persolvit filius Seth. Paulo post ex tribus illis  
 seminibus pullulant surculi tres, longitudine  
 brachii unius, primus cedrus erat, arborum  
 omnium celsissima, DEI Patris Symbolum;  
 secundus cupressus odoratissima, & inter ar-  
 bores omnes ramifissima, Filii Symbolum;  
 tertia Palma spississima habens folia & ferens  
 Aloën, signum Spiritus Sancti. Ergò stete-  
 runt tres isti rami, seu potius arbores, aëre  
 in Adami ore radicibus, ad usq; seculum Noë.  
 Deinde cap. 82. Egressus Noë de arcâ ad an-  
 num vitæ ducentessimum genuit filium nomine  
 Jerico, giganteâ mole. Is cum audiret fre-  
 quentes de Adamo sermones, visendi ejus mo-  
 nimenti & sepulture cupidus, contendit in  
 vallem Hebron; Illo igitur quæsito & invento,  
 & tres illos surculos ex Adami ore proger-  
 minantes, quasi novum nemus plantaturus,  
 primum avellit, deinde in deserto separatim  
 pangit, presagens Spiritu Prophetico, fore,  
 ut fructum proferrent mirabilem, ergo Deo  
 sic volente in sese mutuo tres illi rami influxe-  
 runt & conjunctione mirabili in unam ingen-  
 tem arborem coaluerunt. Uno igitur & indi-  
 viso trunco & caudice folia triptici illâ varie-



*tate distinguebantur, alia nimirum Palmae,  
 cupressi alia atq; cedri. Durat arbor usq; ad  
 David Propheta etatem. (Petr. Galatin,  
 de Arcan. Cathol. veritat. sub fin. Lib. vi. cap.  
 xvii. col. 373. Lit. G. seqq. ex suo Rabbe-  
 nu Haccados, ejusque libro נ"י"ן י"א  
 i. e. revelatore arcanorum, qui tamen ju-  
 dicio Leusdentii in Philol. Ebr. p. 290. for-  
 tasse nunquam in rerum naturâ fuit,  
 ser pentem etiam æneum huic arbori  
 impositum, & ex eâ virgam præterea  
 Mosis quâ miracula in Ægypto fecit,  
 quæ in serpentem versa, quæ in deserto  
 floruit gemmasq; edidit &c. excelsam  
 censet; quamvis alii alias de hac virgâ  
 nugas commenti sint; cum in פ"ק י'  
 נ"ב cap. V. inter alia decem, quæ sex-  
 to die condita, & hanc referant; & a-  
 pud Buxtorf. juniorem de Histor. Petre in  
 deserto, cap. IV. p. 407. tradant nonnulli  
 novem fuisse numero justos, non an-  
 numerato socero Mosis, qui eam suâ  
 gestavit manu, Adamum nimirum, Eno-  
 chum,*



chum, Noachū, Semū, Abrahamum,  
 Isaacū, Jacobū, Josephum, à quo non  
 immediatè, sed mediatè socero, fido  
 Pharaonis consiliario, nonus ipsum  
 acceperit Moles.) Cap vero 130. Lignum  
 illud quod Deus ostendit Moysi, quodcum mi-  
 sisset in aquas in dulcedinem versa sunt, fuit ex  
 illà arbore, natà in Adami ore, plantatà in  
 deserto, quam iterum panxit Moyses in monte  
 Tabor. Deinde vero Lib. 4 cap. 148. hæc sub-  
 sequuntur: Templi impensas à Salomone ex-  
 edificandi præparans David, & multam ligno-  
 rum materiam cædi & comparari præcipiens,  
 forte in illam arborem cæsores incidunt, natà  
 in Adami ore, transplantatam à Jerico, coa-  
 lescentem in deserto, iterum à Moysse consistam  
 in Tabor. Mirabundi fabri & magistri Ope-  
 rum non prius audent attingere, quam Davi-  
 dem de novà & inaudità arbore certiozem fa-  
 ciant. Rei novitate & miraculo exitus Da-  
 vid suscepto itinere visq; arbore, Prophetiæ  
 Spiritu plenus Trinitatem beatificam in illo u-  
 no & triplici ligno salutans & summum ligno  
 honorem habens: Incredible, inquit solatium  
 & eximiam lætitiã orbi universo domuiq; meæ  
 hoc



hoc lignum profert. Ergò casam arborem cum  
 ceteris præcipit Jerosolymam comportari;  
 cumq; sæpius vellent lignum illud elaborare &  
 expolire ad certam quandam mensuram & a-  
 mussum, ingenti miraculo fiebat, ut nunquam  
 vel mensuræ vel ligni magnitudo sibi constaret:  
 nam cum in artificum manibus justæ longitu-  
 dinis esset, sed tamen cum aliis lignis fabricæ  
 conjunctum & compositum, ut suo loco aliquã-  
 do reponeretur, multo brevius inveniebatur.  
 De re totâ relatum ad Davidem, qui, præmis-  
 sis ad DEUM precibus, divinum accepit oracu-  
 lum de universâ Christi Jesu & Ecclesiæ æco-  
 nomiâ: fore itaq; ut Filius DEI in crucem ex  
 eo ligno fabricatam suffigeretur. Ergò sacrum  
 lignum in summo honore habitum, in medio  
 templo tabernaculove erigendum & marmere-  
 æ basi atque stylobatæ imponendum curavit,  
 multisq; aromatum sufficientis tum ipse David  
 profecutus est, tum populo universo colendum  
 proposuit. c. 150. Solennis anniversarius dies  
 honosq; huic ligno habitus à Salomone circum-  
 circa piis aromatis incensis. Accidit vero ali-  
 quando ut fœmina quæpiam per templum vel  
 devotione & pietate, vel aliquã aliâ causâ pro-  
 E pe



pe lignum transfiret. Subitò illius vestimenta,  
 mirum conflagrare cœperunt. Tantâ rei novi-  
 tate percitus populus mulierem lapidavit, quæ  
 sane prima videtur fuisse capitis supplicio pro-  
 pter DEI nomen Martyrium perpeffa. Item  
 Salomonis Historia c. 52. subjungatur: Cum  
 Regina Austri, quæ Sibylla & Prophetissa erat,  
 venisset Jerusalem, auditura sapientiam Salo-  
 monis, templum ingressa & lignum contuita  
 sic inquit ad Salomonem: quod vides lignum  
 multorû mirabilium instrumentû erit; quor-  
 sum igitur, aut quâ ratione hoc loco à Te habe-  
 tur? Salomon vero: Pater (inquit,) meus Da-  
 vid multo me sapientior, & æquior hujus ligni  
 aestimator, hoc loco statuendum duxit. Ergo  
 multis utro citroq; sermonibus inter Reginam  
 & Salomonem de mirabili illo ligno confertis,  
 constanter tandem affirmarunt, fore ut illi ali-  
 quando DEI Filius crucifigendus addiceretur.  
 Continenter tandẽ additur c. 135. (forsan 153.)  
 post Sibyllæ discessum retræctare Salomon taci-  
 tus cœpit prædictionem illam Filii DEI agendi  
 in illius ligni crucem, & quod in se esset, im-  
 mane Deicidium amoliri à suo populo volens,  
 per alium puteum fodi jussit, in quẽ demissum  
 li-



lignum, murario quodā & calcinato operculo  
 occultari & communiri. Latuit diu. torrente  
 tamen aut flumine exundante & exedente pu-  
 rei latus, patuit aliquando ingens Cavēā argē  
 in eā iam aquā plenā lignum innatans. Pisci-  
 na hęc fuit, in quā annuatim descendens An-  
 gelus movebat aquam, quę virtutem omnium  
 morborum medicatricem obtinuit, & eum, quī  
 primus in Piscinam ingrederetur, per sanandi.  
 Post temporis aliquantulum extractum lignū  
 pontis vicem prestuit ascendentibz in templū.  
 Tandem vero cum ad Christi Jesu crucem effi-  
 ciendam maximum & longissimum lignum Ju-  
 dai quererent, hoc ipsum abstulerunt, quod lu-  
 zosum erat & immundum & adhuc pontis vi-  
 ce fungebatur. Ergo cum dominicę cruci ap-  
 pingimus humanam Calvariam, significare vo-  
 lumus, lignum illud in Adami Calvariā semi-  
 natum, ex illā tandem pullulasse & mirabili-  
 ter exsurrexisse. Tum praterea nos doceri,  
 non nisi per Christi crucem ascensum nobis pa-  
 rari in cęlorum templum. Hactenus ille liber  
 Anonymo & ex illo Joh. de Pineda. Con-  
 geries sanē fabellarum, quibz plurimis  
 pontificiorum erroribus, de Limbo Pa.



trum, adoratione ligni crucis, fictis miraculis &c. refertis diutiùs immorari tædet, præsertim cum hodiè nemo forsitan, ex cordatiorib9 etiam Pontificiis, ei fidem habeat, & pauci olim etiam (præter Joann. Barrium Pineda neminem novit) hæc crediderint; siquidem in ipso Lyrano, Pineda & aliis verba recitativè tantù non approbativè exstant, recitasse itaq; est refutasse.

§. LXXIII. Aliiquatuor lignorum genera excogitârunt; qui tamen itidè in diversa abierunt. Historiæ Scholasticæ autor, qui Petrus Comestor fuisse à nonnullis creditur, & Bernhardus, aut quis autor Libri de passione *cap. XLVI*; Historia it. Lombardicâ *leg. cit. Villamont. in itin. terræ sanctæ p. 761.* Palmã, Cupressum, Olivam & Cedrum nominant, quod Glossa Clementis l. de summâ Trinitate & Fide Catholicâ plenig exponit: *Fertur crux quatuor habuisse genera lignorum, Cedrum in stipite, Palmam in*  
*pa-*



palo per longum, cupressum in ligno ex trans-  
verso, Olive in tabulâ super crucem: & datur  
versus:

Ligna crucis Palma, cedrus, cupressus, Oliva.  
Hæc Glossa. Beda autem *Tom. III. in Col-  
lectaneis* vocat Cupressum, Cedrum, Pi-  
num & buxum. Vid. Seb. Barradi *l. d.  
p. 302.* Joh. Gerh. *Harm. Pass. cap. XIII. p. 626.*  
Convenit cum hâc sententiâ & illa,  
quando Joh. Cantacuzenus Rex Con-  
stantinopolitanus (citante Fungero in  
*Etymol. Lexico p. 254.*) ex tribus diversis li-  
gnis cupresso, pino & cedro constitisse  
memoriæ prodidit. Valet autem hic  
censura justî Lipsii *l. d. Lib III. c. XIII. p.  
99. curiosè magis dictum arbitramur, quam  
verè.*

§. LXXIV: Non minus à veritate  
exulant, qui integrum è cedro, aut cu-  
presso fabricatam volunt ideò, quod a-  
lias trecentos annos, usque ad inven-  
tionē Helenæ, citra putrefactionem,  
sub terrâ durare non potuerit: quia e-  
nim hæc sententia arenoso, imo fun-



damento planè nullo superstruitur, facile dilabitur: inventionem autè crucis ab Helena figmentum esse Nostrates dudum ad ravim decantârunt; quoniam præter discrepantiam Autorum, qui ejo mentionē fecerunt, Eusebio in vitâ Constantini ne verbo quidē rem tangit, quam non præteriisset, si eam, ut quidam fabulantur, invenisset, cum res minoris momenti non negligat. Verè ergò Gelasio Papa hanc de inventione crucis historiam inter apocrypha retulit. Ambrosio primò est, qui in oratione funebri quâ laudat Theodosium, crucis inventionem Helenæ adscripsit, cujus verba refert Cæsar Baronius Cardin. *A. C. CCCXXVI. num. XLIII*; cum autem LX. ad minimum anni inter dictæ illius & fictæ inventionis tempore & habitæ (anno præter propter CCCXCI.) orationis intercedant, interea autem spatii satis ejusmodi quid fingendi haberint impositores, imponi viro alias  
lau-



laude dignissimo facillimè potuit; Vid.  
 Jos. Arnd. *Lexic Antiq. Eccles. p. 287.* & ab  
 eo citat9 Salmasi9 & reject9 Sulpit. Sever. *Hist.*  
*l. II p. 391.* Dorsche9 *Heptadis Dissert. Histo-*  
*rico-Theol. posthumæ Diss. II.* Joh. Christfr.  
 Sagittar. *Disc. Historico-Polit; de Constanti-*  
*no M.* Joh. Strauch, *in Amœnitatibus Juris*  
*Canonici Semestr. I. Eclog. VI. cap. XII. p. 161.*  
 Joh. Jac. Freisleb. *de Formâ crucium, num.*  
 XIX. Positâ autem hâc inventionem, ne  
 sic tamen durationem illam aliquid pro-  
 bare ostendent verba Gerh. Joh. Vossii  
*Harm. Ev. Lib. II. c. VII. §. 10. in Henr. Müller9*  
*Jesu patiente Notâ. 211.*

§. LXXV. Alphonso Ciaccon. *lib. de*  
*signis sanctiss. crucis cap. XXX.* & Lipsi9 *d. l.*  
 quernâ asserunt crucem, & pugnat pro  
 suâ hâc sententiâ Lipsi9 tribus rationi-  
 bus, quæ tamem Henr. Müller9 *l. l. Scharf-*  
*fio de cruce Christi, & alijs,* min9 viden-  
 tur robustæ: robustum enim non est,  
 frustra crucis, quæ hodiè exstant, speciẽ  
 hanc referre: quis enim nobis persua-



debit, frustra illa, quorū tot strues ostendit & ostentat Papat9 è cruce hâc esse succisa; ut taceam Gretserum *Lib. 1. de cruce c. VI.* testari, se Monachii in S. Michaëlis templo partes S. crucis diligenter conspexisse, sed ex quercu eas esse, deprehendere non potuisse. robustū non est crebriam & frequentem in Judæâ eam esse arborē, cum plurimi, siq; oculares testes, contrarium evincant; & posito, nondum tamen consequentia erit firma, dari enim & alias arbores eaq; in terrâ sanctâ, nisi frequentiores, æqvè tamē frequentes, negabit nemo; robustum etiam non est, quod lignum illud robustum sit & fixationi laturæq; aptum; cum in abiegno etiam alioq; ligno aptitudo illa inveniatur.

§. LXXVI. Reperti sunt etiam, qui ex junipero compingant, ideò quod in baccis hujus arboris crux esset conspicua; quod quam firmum sit, ex dictis cuilibet patebit.

§. LXXVII.



§. LXXVII. Linqvenda etiam sententia eorum, qui pro nuce militant, cum Itinerarium B. Antonini Martyris materiam tituli (probabile autem titulum & crucem ex eadē materiā fuisse H. Niqveto *de Tit. crucis Christi*), quem Martyr se in manu tenuisse & osculatum dicit, è nuce faciat; plurimis enim fabulis admixtis narrationem suā dubiam reddidit; parumq; eam sententiam juvant verba Ambrosii *Lib. de Joseph. c. IX. & X.* dicentis: *Venit Paulus crucē Domini predicans, ilicem semper virentem & nuces quarum testa durior & fructus tenerior, meritoq; virga Sacerdotalis nucina (amygdalina erat) & Hieremie baculus hujusmodi.*

§. LXXIIX. Incertissima quoq; est conjectura Tücheri Norimberg. in *descript. terre sancte apud Gerbard. l. d. scribitis*, in Palestinā esse claustrum Gracorum monachorum Paulinorum, duobus miliaribus Italicis Hierosolymā distans, in cujus templo, propè

E s

suma



*summū altare crescat peculiaris quædam arboris species, ex cuius ligno crux Dominica fuerit formata.*

§. LXXIX. Rectius proinde Gretscrus *l. d.* iudicium suspendit, & lectorem dubiū potius relinqueret, quàm incertū quid statuere amat. Probabile enim est, quemadmodū aliàs, teste Lipsio *c. l.* ex obvio & prompto aliquo ligno crux compacta, ita etiam tunc è communi obvio ligno crucē Salvatoris fuisse cōfectam. Lectu interim non indigna verba Bellonii, qui terram sanctam totumq; Orientem peragravit *Lib. 11. Observat. c. LXXXIIX. in Diss. Job. Dan. Haakii, de Titulo crucis Dominicæ c. 11. §. 7.* Fructifera in Palestinâ arbores proveniunt, ficus, Olea, punica malus, Zizypha prung. Cum vero lignarii Mercatores in urbibus varia lignorum genera afferre soleant in suis ædibus, ac fabricarum tabernis, vix suspicari licet ex altero, quam supra memoratarum arborum ligno crucem fabricatam fuisse. Tantum de Materia.

§. LXXX. Sequitur Forma: Circa  
quam



quam notandū primò è sæpius laudati  
 Justi Lipsii *de Cruce Lib. I. c. V. VI. VII. II. X.*  
*IX. X.* (cum quo faciunt Joh. Mich. Dil-  
 herr, *de crucifix. p. 22. not. ad s. 1.* Georg.  
 Schönborner, *Politic. Lib. III. c. XX. p. 285.*  
 Scharffig, *l. d.* Joh. Henningig, *in Archae-*  
*ologia Passion. c. XIX. §. II. III. p. 173. seqq. & a-*  
*lii*) crucem fuisse, vel *simplicem* (quam  
 tamen improbat Henr. Kipping, *De*  
*Cruce & Cruciaris Exercit. XII. p. 71. seqq.*)  
 eaque iterum supplicium sumtum aut  
*affixione*, quâ hominem arbori stipitive  
 alligabant, sive affingebant, cujus ex-  
 emplum in crucifixo Aufonii Cupidi-  
 ne; aut *infixione* quâ facinorosum nudū  
 erecto acutoq; stipiti infingebant, sic, ut  
 per inferius ageretur & per os superius  
 emergeret infamis stipes; ceu ex Se-  
 neca *Epist. XIV.* docet & pingit Lipsius,  
 (quem tamen Fontan⁹ *X. responso de cru-*  
*ce p. 8.* corrigere sibi sumsit, tradens per  
 humeros non per os eminuisse) estq;  
 hujus crucifixionis, aut si mayis sudifi-



xionis, exemplum Eusebio A styri9 hâc  
 formâ fixus. vel *compactam*, quæ iterum  
 vel *Decussata* ( & hanc Kipping, *Exercit.*  
*xiv. num. 11. p. 89.* pro fabulâ habet) in quâ  
 duo ligna directâ & æqvabilia decus-  
 satim (decussare Romanis erat per me-  
 diũ secare) inter se obliqvantur, cujus  
 figurâ Græcum x. docere potest; & vo-  
 catur aliâs *Andreana*, quod tali Apostol9  
 Andreas interemt9 sit, de quo tamen  
 Lipsi9 non immerito dubitat; vel *Com-*  
*missa*, (hæc quoq; Kippingio *Exercit. xvii.*  
*num. 1. p. 114.* nulla est) quâ ligno erecto  
 brevius alterũ supernè & in ipso capite  
 committitur sic, ut nihil exstet, cujus fi-  
 gura, teste Isidoro, examissi est in li-  
 terâ majuscula T. vel *Immissa*, quâ Henr.  
 Müllerus *l. d. N. Liii. capitulum* appellat,  
 quâ ligno erecto transversum alterum  
 injungitur atq; immittitur, sed sic ut i-  
 psium secet. aut: in quâ aliquantũ ligni  
 erecti supra caput emicat ad instar ma-  
 li navis, cum antemnâ suâ, describente  
 Ja-



Jacob. Gothofr. Jcto not. in lib. 1. Tertull. ad Nationes & depingente hoc modo †. Nunc ut de cruce Christi dicam: Quinto Septimio Florens Tertulliano, Lib. III. adv. Marcionit. c. xx. (cui H. Müller, l. d. favere videtur) commissam nominat; alii autem, iiqve pleriqve & fermè omnes, statuunt immissam, quã Nonno Panopolitano Paraphr. in Evangel. Joh lignum quadrilaterũ nominat, hoc versu:

Εἰς δόρυ τετράπλευρον ἐπήορον ὑψόθι γαίης  
ὄρθιον ἐξετάνωσαν.

Et videtur hũc ex Patribus piẽ magis quãm verè Greg. Nysseno, Basilio M. Damasceno, Sedulio, Augustino, Hieronymo, Bedæ Inclinare ipse Apostolus Eph. III, 18. ἵνα ἐξιχύσητε καταλάβεσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τὸ πλάτος, καὶ μήκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. Id est, (Scribit dicto Hipponensiũ Episcopus. Lib. II. de Doct. Christ. c. xLi. ubi hoc dictũ recitãrat) crucem Domini, cuj9 latitudo dici-



eur in transverso ligno, quo extenduntur ma-  
 nus; longitudo à terrâ usq; ad ipsam latitudi-  
 nem, quo à manib9 & infra totum corp9 assi-  
 gitur, altitudo à latitudine sursum usque ad  
 summum, quo adheret caput; profundum ve-  
 rò, quod terra infixū absconditur. Gemina  
 habet in Ps. iii. Ut taceam varias, quas  
 exindè nonnulli texuerunt allegorias  
 alias, quæ suis meritò linquim9 Auto-  
 rib9. Vid. Gretser. l. d. c. iii. Corn à Lap.  
 ad b. l. Friedlib. Tb. Ex. Tom. ii. p. 534. Sche-  
 ræus in der Sprach. Schuel / p. 174. 175. &  
 adde judiciū Seb. Niemannii, in Collegiis  
 MSis cum in varia & difficilia Script. loca b. l.  
 tum in Epistolico Dom. XVI. post Trinit. Licet  
 autem dictū hoc minimè hūc quadra-  
 re videatur, reddit tamen dicta Nonni  
 autoritas ad quadrilateralem seu Im-  
 missam proniores nos & procliviores.  
 §. LXXXI. Notandæ deindè circa  
 formā partes, seu quib9 lignis & quot  
 constiterit: Ubi communior aliquan-  
 diu viguit opinio ex duob9 tantū fuis-  
 se compactū lignis; altero oblongo,  
 quod



quod terræ infixum; altero transverso, cui manus affixæ, quorum illud stacticulū, hoc antenna Tertulliano audit, superimposito tertio, cui titulus inscriptus. Sed ab hac Antiquitatū Studiosi, quibus ex veterū monumentis aliud apparet, divortium, non absque iudicio, faciunt.

§. LXXXII. Quæritur autē, cur dicta de duobus tantum illis lignis cum tabulâ titulari tamdiu in Ecclesiâ fuerit magis recepta sententia, ita ut pictas & fictas cruces in omnibus fere templis hanc formam reperias? Responsio peti potest ex Georgii Calixti *Appendice ad Lipsium, de verâ crucis formâ. p. 15. sqq.* quod nimirum primi Christiani crucem non pinxerint, nec finxerint, sed digitorum solum ductibus in aëre formarent, sibiq; impresserint, quod quasi Symbolū, quo ab aliis distinguerentur; hoc quia duobus tantum ductibus (medium enim quoddam lignum, de quo paulo post, di-



digitis simul exprimere non valuerūt) constitit, nec aliter etiam Constantino apparuisse putatur, ideò, cum ad imitationem Constantini, qui crucem, quæ sibi in cœlo apparuerat, Trophæi loco erexerat, cruce, quales hæctenù digitis in aëre formatæ erant, ex materiâ quâdam fieri, & pluribus rebus appingi vel apponi inciperent; factum demùm, ut simplici cruci seris & sequioribus seculis pendulæ crucifixi imagines accederent, eo quidem tempore, quo crucis supplicium jam pridem abrogatū esset (à Constantino nimirum, ne in ignominiam crucifixi Jesu vergeret, paucis ante obitum suum annis, teste Sozomen. *Lib. 1. Histor. Eccles. c. 11x.* & ex eo Jac. Cujacio, *Lib. vi. Observat. c. 1. P. Fabro, Semestr. Lib. 11. c. vii. 11x*; Kipping. *l. d. Exercit. xix. num. 1. p. 132.*) ac vera & perfecta crucis structura in oblivionē venisset.

§, LXXXIII, Verior itaque, cum,  
ani-



animadvertente & monente Scaligero  
*animadvers. Eusebianis*, à solis manibus  
 transverso ligno, sive antennæ per cla-  
 vos affixis corpora pendere sit ἐκ τῶν  
 ἀδυνατίων, est illorū sententia, qui quar-  
 tum illud, quod in antiquissimis Scri-  
 ptorib9 reperunt lignum, restitunt;  
 quale autem illud sit in diversa iterum  
 abeunt, nonnullis pro suppedaneo, ali-  
 is pro sedili (ut sileā illos, qui utrumq;  
 ponunt) militantibus.

§. LXXXIV. ὑποπόδιον, Suppedane-  
 um, asserculum, sive tabulam qua in-  
 nixi & fixi simul pedes (describente Li-  
 psio *Lib. 11. c. x. p. 65. loc. laud.*) asserunt  
 cum Gregorio Turonensi (cujus hæc  
 sunt verba *Lib. 1. de Glor. Martyr. cap. vi.*  
*Clavorum ergo Dominicorum, quod quatuor*  
*fuerint, hæc est ratio, duo sunt affixi in Palmis,*  
*& duo in plantis: & queritur cur planta ad-*  
*fixæ sint, quæ in cruce sanctâ dependere vise*  
*sunt potius quam stare? sed in stipite erecto*  
*foramen factum manifestum est: pes quoque*  
*parvula tabula in hoc foramen insertus est, su-*  
*per*



per hanc verò tabulam tanquam stantis hominis adfixæ sunt plantæ) Jos. Scaliger l. d. Nicol. Füllero. Lib. iv. Miscellan. Sacr. c. xii. Robert. Bellarmin. Lib. ii. De Imag. crucis c. xvi. Gvilielm. Estio, Annot. in Difficiliora Scripturae loca in Matth. p. 858. Jac. Gretsero Lib. i. de cruce. Jac. Gothofredo J. Ctus, not. ad Tertull. Lib. i. ad Nation. Georg. Cassander, Epist. ad D. Richard. Coxii Episcop. Eliens. Francisc. Nansio, ad Nonnū c. xix. Barthold. Nihusio, Lib. de cruce c. iiii. & alii plures, quorum nonnullos insuper allegat Kipping. Exerc. xx. num. i. Ast nō injuriā pegma hoc Lipsio l. d. & cum Lipsio Cornel. à Lapide ad Matth. & Marc. p. 532. 2. nimis accurata, imò delicata videtur fabrica: fundamentum enim, quo innititur, nimis cariosum est, Gregorio enim ille recentior est autor (vixit Turoni in Galliâ, sub finē seculi Sexti Imperante Mauritio, tanto tempore, postquam crucis supplicio, lege à Constantino sublato, nemo ampli-



plius afficiebatur) cuius fidem non parum suspectam reddit Cæsar Baron. *in Annal.* eumq. nimix simpliciter arguit *ad Ann. cix*; quem nimium credulum etiam asserit Luc. Osiand. *Epitom. Hist. Eccles. cent. vi. Lib. iv. c. xvii.* Et suppedaneum tale ad sustinendum pondus corporis. præsertim morte jam imminente ingravescentis, & ad impediendum rupturam nervorum ac tendinum in manibus nihil quicquam effecisse haud frustra observat Georg. Calixt. *de verâ crucis formâ addit. ad Lips. p. 5.* Neque verò (quædam ejus verba addam) si maxime ponatur, sustinenda mole quicquam fecisset: quo enim corpus & pedes recto stipiti arctius applicantur, eo illud prorsum ruere pronius, quod cuivis experiri in proclivi est ad proximum saltem parietem corpus & pedes strictè applicanti. Accedit quod pedes, quamvis fulcro satis solido innitantur, tamen genibus tabescentibus corpus cruciatibus enervatum sustinere non possint, sed oneri confestim cedant.

§. LXXXV. Restat itaq; Sedile, seu  
me-



medium illud crucis lignum, quod eminebat ex anteriori parte, quod incidebat & in equitabat quasi cruciarius, cuius corpus illo portabatur & sustentabatur. Hoc, præter alios, firmiter adserunt & adstruunt Dilherr. & Calixt. *loc. laudatis*. Salmas. *apud Baldwin. Waleum Commentar. perpet. in N. T. libr. Hist. ad Matth. xxvii. p. 326. 327.* Joh. Tob. Major *in Diss. quoad. 1649. hab. §. xv.* Henr. Müller, *l. d. not. Liv.* Jac. Helwig. *De Pass. Chr. Θεωρησις num. ix.* Henr. Kipping. *Exerc. xi, num. v. p. 75.* Joh. Faes, *de Vulnerib. Christi §. ccc Lxxvii. sqq.* Joh. Jac. Freisleben, *de Formâ Crucis*; Joh. Frid. Scharf. *fig. l. all.* Joh. Henning *in Archæol. Pass. c. xix. p. 181. &c.* neque id sine ratione; nituntur enim autoritate illorum, qui eo tempore, quo crucifixionis supplicium viguit & in usu fuit, vixerunt, adeoque firmum & verum de eo testimonium nobis relinquere potuerunt. Tales sunt (præter L. Ann. Senecam, qui *Epist. ci.*



p. 430. hos recitat versus Mecoenatis  
(à Kipping. Exerc. xiii. num. iii. sqq. p. 84.  
seqq. licet improbatos.)

Debilem facito manu,  
Debilem pede, coxa:  
Tuber adstrue gibberum,  
Lubricos quate dentes,  
Vita dum superest, bene est.  
Hanc mihi, vel acutâ  
Si sedeam cruce, sustine.

Eosq; explicat, inter alia addens: *Suf-  
figas licet & acutam sessuro crucem subdas;  
est tantivulno suum premere & patibulo pen-  
dere destitutum, dum differat id, quod est in-  
malis optimum supplicii finem*) è Patribus  
Antiquissimi: Justinus Philosopho &  
Martyr Dialog. cum Tryphone, Judeo p. 318.  
Oper. Lit. C. D. Edit. Lutet. Paris. cis 1700 xv:  
Μονοκέρωτ⊕, inq̄uens, γδ κέρατα ἔδε-  
νός ἄλλῃ πρῶματ⊕ ἢ χήματ⊕ ἔχει ἄν-  
τις εἰπεῖν καὶ ἀποδείξαι, εἰ μὴ τὸ τύπῃ ὅς  
τὸν σαυρὸν δείκνυσιν. ὁρῶν γδ τὸ ἐν Ἰσι ξύ-  
λον, ἀφ' ἧ Ἰσι τὸ ἀνώτατον μέρ⊕ εἰς κέρασ  
ὑπερημενον, ὅταν τὸ ἄλλο ξύλον πρῶματ⊕-  
μοσθῆ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα τῷ ἐνὶ κέ-  
ρα-



ρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνονται καὶ  
 τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον ὡς κέρα, καὶ αὐ-  
 τὸ ἐξέχον ἴσιν. ἐφ' ᾧ ἐποχῶνται οἱ ταυρῶμε-  
 νοί· καὶ βλέπεται ὡς κέρα, καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς  
 ἄλλοις κέρασι συνεχνηωτισμένον, ἢ πεπηγ-  
 μένον. *quæ verba Joann. Langg è regio-  
 ne ita vertit: Unicornis enim cornua, non  
 alteri cuiuspiam rei aut figure aliquis dicere  
 & demonstrare queat similia esse, quam nota  
 ejus quæ crucem designat. Directum namque  
 est unum lignum, unde summa pars in cornu  
 sustollitur, cum lignum ei aliud adaptatur, &  
 utrimq; ut cornua unicornu adjunctæ summi-  
 tates apparent: & quod in medio fixum est,  
 ut cornu & ipsum eminet, in quo vehuntur &  
 insident, qui crucis supplicium subeunt; &  
 cornu formam præ se fert istud ipsum quoque  
 cum aliis cornibus conformatum & compadiū  
 lignum. Confer. in seqq. p. 332. D. Acce-  
 dit Irenæus Lib. ii. cap. xlii. p. 201. edit. J. J.  
 Grynæi Basil. 1571. in 8. Ipse habitus crucis,  
 dicens, fines & summitates habet quinque  
 (loquitur de cruce è terrâ exemptâ)  
 duas in longitudine & duas in latitudine, &  
 unam in medio, ubi requiescit, qui clavis affigi-  
 tur.*



*tur.* E Latinis adfit **Q**uintus Septimius  
 Florens Tertullianus *ad Nationes Lib. 1. c.*  
*xii. p. 24:* *Quod si de hoc differentia interce-*  
*dit, quanto distinguitur à crucis stipite Pallas*  
*Attica & Ceres Faria, quæ sine formarum di-*  
*palo & solistaticulo ligni informis represen-*  
*tatur pars crucis, & quidem major est omne*  
*robur, quod de rectâ statione defigitur. Sed*  
*nobis tota crux imputatur, cum antennâ sci-*  
*licet suâ & cum illâ SEDILIS excessu. Con-*  
*fer. Apologetici cap. xvi. Excipit quidem*  
*ad hæc Patrum dicta Apostata Nihu-*  
*sus: Ecclesia de sedili testimonia Justini, Ire-*  
*næi ac Tertulliani non recepit unquam, aut*  
*existimavit esse certa, sed solum puris putis ac-*  
*cenjuit conjecturis: ast ei jamdudum sa-*  
*tisfecit Thom. Bartholin. de cruce Chri-*  
*sti, cujus verba, quoad potiora, licet*  
*non nihil proluxa, addam: Graviter, ni-*  
*si erro, in Ecclesiam peccasti, Nhusi, audaciori*  
*hoc responso, quippe quæ ea testimonia Patrū*  
*damnavit nunquam. Ecclesie salutis officiet ni-*  
*bil illud πῆγμα, si vel maxime verum sit au-*  
*thoritate illorum. Alia non raro credunt mor-*

ta-



tales sine testimoniis, quæ cum testimoniis etiã Reipublicæ & Ecclesiæ forent periculosa. An auctoritatem Patrum trium unquam suspectam habuit Ecclesia? Gratis id dixeris. Justinus certè, pergit, & antiquitate & doctrina & genere mortis primum à temporibus Apostolorum inter Scriptores meretur locum. Non minorem fidem meretur Irenæus Martyrio quoque nobilitatus, cujus libros doctrinã plenos & pietate ipse Bellarminus laudat. Errores in eo parciores leguntur, communis nempe illa pluribus Patribus de millenario Christianorum regno opinio. At de crucis hoc errore ne gry quidem annotarunt Centuriatores Magdeburgenses, nec Baronius, nec Possevinus, nec alius hujus classis Aristarchus. Tertulliani vero auctoritas neutiquam hoc loco elevanda, quod ad Montani hæresin prolapsus sit, vel secundas nuptias adversetur, vel fugam damnet, vel animam ex traduce derivet, nihil illa hæresis cum crucis partibus, in quibus non laborat Montanus.

§. LXXXVI. Titulū, (ut de eo pauca addam) quod spectat notandū verba: JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM,  
in



in eo non fuisse cælata, eo cælaturæ genere, quæ anaglypha dicitur, ubi literarum ductus in tabulâ è planâ superficiè eminent, quod quidem Dan. Heinſio in *Aristarcho* p. 198. & 504. placuit; sed scripta, tradentibus Evangelistis Matth. xxvii, 37. Marc. xv, 26. Luc. xxiii, 38. & imprimis Joh. xix. 20. 21. 22. non autem in chartâ, quæ Lyrani mens fuisse putatur; sed in tabulâ lignèâ dealbatâ, vel cerussâ, vel gypſo, vel cretâ, in quâ literæ encausto vel atramento exaratae, unde λεύκωμα audit Sozomeno; Nicephorus Callistus autem *Lib. IIX c. XXIX.* vocat λευκὴν σανίδα, qui posterior addit impositum fuisse hunc titulū ἐν εἶδη σήλης, ut tituli sepulchrorū collocari solebant, hoc ¶ nō vero tali modo. Vid. Salmas. *Epist. I. de cruce*; & legantur à plura desiderantibus Jo. Dan. Haakius in *alleg. st. Diss. de Titulo crucis Dominicæ* & ex eo Henning. *l. d. c. XXI.* Joh. Jac. Freisleben. *De Titulo crucis Christi.*



§. LXXXVII. Hisce de materiâ & formâ præfatis circa ipsum modû quæritur primò : Quot clavis fuerit affixus. Hic (ut fileam nonnullos Bonaventuram nimirum *De Passione Christi* & Landspergium *Hom. XXI. de Pass Dom.* eo audaciæ pervenisse, ut ipsos etiam ictus, triginta scilicet sex, quibus omni vi collectâ à militibus clavi in pedes Christi adacti, numerârint) Bernhardus *de triplic. custod. manus, lingvæ & cordis* sex in manibus & pedibus Christi clavos minus probabiliter asserere Corn à Lap. visus est *ad Matth. & Marc. p. 533. 1.* Alii autem Autores vel pro quaternario, vel pro ternario numero decertant; pro quaternario illi imprimis qui cum Turonensi suppedaneû statuunt; Scaliger *l. d. Hierem.* Drexelius *part. II. Delit. gener. hum. cap. VII.* Sebast. Barrad. *Tom. IV. Lib. VII. cap. XIII. p. 301.* Estius *l. d.* & alii ita ut singuli pedes, quemadmodum & manus seorsim fuissent affixi, quam.



quamvis Brigitta (apud à *Lapide l. d. p.*  
*532. 2.*) *lib. 1. Revelat. cap. X.* unum pedem  
 alteri suppositum cruci fuisse affixum  
 duobus clavis asserat: pro ternario Li-  
 psius *Lib. 11. cap. IX.* Joh. Hülseman. *in*  
*Pentag. Christi p. 287.* Jesuita Petrus Bes-  
 seus *in Conceptib. Theol. fer. VI. Pass. Dom.*  
*Tom. I.* Anton. de Guevara *in monte Cal.*  
*varie cap. XXXII. p. 124. b. edit. Germ. in IV.*  
 quo inclinare etiam videntur Gerhard  
*l. d. c. XIII. p. 629.* & Baron. *ad A. C. XXXIV.*  
*num. CXIV.* & nituntur hi autoritate  
 Nonni *ad Job. XIX.* & Greg. Nazianz.  
 aut quis autor *Traged. de patiente Christo,*  
 statuuntque ambos pedes uno clavo  
 cancellatim fuisse transfixos. Hic cum  
 res ex Scriptura decidi nequeat, & nu-  
 merum arbitrarium fuisse Lipsius me-  
 doceat *l. d.* quemque suo sensu abun-  
 dare patior, quamvis prior, de quatu-  
 or, sententia (etiamsi suppedaneum  
 fuerit nullum, neque etiam fictis ab He-  
 lena inventis, quod uno coronæ Con-



stantini inditus, ex duobus frenum con-  
 fectum & quartus in mare Adriaticum,  
 ad sedandam tempestatem, coniectus,  
 fides habeatur ulla) à vero minus ab-  
 esse putetur, cum numerus hic apud  
 Romanos usitator. Vid. M. Accius  
 Plautus *in Mostell. Act. II. Sc. I.* Conf. Cy-  
 prian, aut quis Autor *Serm. de Pass.* qui  
 πληθυντικῶς de clavis pedum loquitur;  
 Gerh. Joh. Vossius *Lib. II. Harm. Ev. cap.*  
*VII. Calixt. Concord. Ev. cap. VII.* Dilherr.  
*l. d.* Richard. Montacut. *Origin. Eccles.*  
*Tom. I part. poster. §. CLXXXI.* Salmas. *E-*  
*pist. de Cruce;* Kipping. *Exerc. XLIX. num.*  
*VI. p. 117.* Obiter hic infero numerum  
 hunc clavorum hodiè in Romanâ Ec-  
 clesiâ nimium crevisse, ut Petr. Rava-  
 nell. *B. S. part. I. p. 477. in voce Clavus* qua-  
 tuordecim eorum numeret *ex Calvinî*  
*admonit. de Reliquiis.* (Conf. Joh. Christfried  
*Sagittar. l. d.*) Conatur quidem Baron.  
*A. CCCXXVI num. LIV.* imposturâ hanc  
 palliare; sed forte & fortasse ejus, quo  
 uti-



utitur, cordatioribus fortasse non satisfaciet, imo nec excusabit quidē. Verba ipsa qui desiderat legere ea etiā potest in *Gerhardi Confess. Cathol. Lib. II. part. II. Artic. X. c. III. De Reliquiis Sanctor.*

§. LXXXIIIX. *Secundò* quæritur clavi hi acuti, an vero obtusi fuerint? posterius ap. Joh. Faes *l. d.* placet Anshelmo *Dial. de Pass. Dom. Autori Trag. de Chr. Pat. Bessio l. d.* Christoph. Crusio *in Consid. de Pass. & morte Dom. c. x. §. XII.* prius autem quod Gerharo *Harm. d. p. 630.* Joh. Andr. Qvenstedt *De Vulnerib. Christi c. 1. §. IIx.* & aliis arridet, probabilius est ex כנז Ps. XXII, 17. quod de instrumento ferreo, eoqve acuto, usurpari solet; inclinare etiam huc videtur Nonnus, qui in Joh. XIX. non tantum ἤλων, sed etiam κέντρων, quæ à pungendo nomen habent, mentionē facit. Non itaq; opus, ut cum Bonavēturâ & Landspergio *l. d.* asseramus, milites prius terebrâ perforasse manus ac



pedes, ut clavis (quos ligneos fingunt) faciliorem viam facerent.

§. LXXXIX. Tertiò quæritur an etiã adhibiti funes? Sunt qui eos negant, quos inter Calixt<sup>9</sup> *l. l. p. 3*; Sunt qui eos detractis etiam Clavis, cum Vigerio *in chordâ VII*, asserunt, quibus tamen Sacer codex non uno loco repugnat; sunt alii, qui & clavos & funes simul adhibitos statuunt, cum eorum in veterum monumentis reperiant vestigia, in primis in M. Ann. Lucano *Lib. VI. de Bello civili de Thessalâ*, quæ cruciariorum reliquiis ad veneficia abusa, ubi recenset: *laqueum nodosq; nocentes; & paulo post insertum manibus chalybem*: & in Plinio, qui *lib. xxix. Hist. Nat. cap. IV.* inter magica instrumenta spartum etiam, seu sparteos funes, quibus cruciarii vinciebantur, refert. Hanc sententiam fovisse etiam videtur Nonnus Panopolitanus *in Job. xix. p. 222* quamvis ferrei vinculi, quibus manus astrictæ mentionē  
in-



injiciat; Hilarius item *Lib. x. de Trinit. ap. Cornel à Lap. l. d. p. 532. 2. Dilherr l. l. p. 9.* qui eos partim circa pectus, sub ipsas alas ambientes, partim circa brachia, quæ comprehenderit, nectit. Kipping. *Exercit. xlix. num. iii. sqq.* Licet autem funes adhibitos quoque fuisse concedamus, illud tamen ex Sacris non apparet, quod Didacus Stella *l. d. p. 497.* dicit: *Foramina prius fecerunt in cruce, & quia brachia & pedes Christi non poterant foramina attingere, ideò ligatis funibus in manibus & pedibus tantum traxerunt, & dulces manus & pedes ita atrociter extenderunt, quod omnes junctura ossium dinumerari poterant.* Gemina habet novus Mogulensium Evangelista Hieron. Xavier *in Histor. Christi Persicâ: Crucifixuri*, ex versione Lud. de Dieu, *Christum pro ratione manuum ac pedum foramina, quibus clavos infigerent, in cruce fecerunt. Manu itaq; dextrâ ligno crucis impositâ ferreum clavum per volam adegerunt, unde effluens sanguis effecit, ut a refectis & contractis venis, quum per aliam e-*



*tiam manum adfigere vellet, foramen suum  
 ea non attingeret. Summâ itaq; vi trahentes  
 effecere, ut foramini suo aptari & clavo figi  
 posset. Similiter pedem pedi imponentes, cla-  
 vum impegerunt. Tum sursum crucem elevan-  
 tes, è manu dimiserunt, per quam crucis con-  
 cussionem acres passus est dolores & vulnera  
 fuere dilatata. Hæc Xavier p. 478. Sed re-  
 ctè animadvertit laudat9 de Dieu p. 622.  
 Parum abest, quin Evangelistas negligentia,  
 invidie & injurie incuset, quod hæc tam illu-  
 stria passionis Christi monumenta ne attige-  
 rint quidem. Idem responsum sibi habe-  
 at dict9 Stella, & qui priori loco nomi-  
 nandus fuisset Episcopus Mondonetē-  
 sis Anton. de Gvevara, qui postquam  
 in mont. Calv. cap. xxxi. p. 122. a. ex vers. Æ-  
 gid. Albertini dixerat: Als man Jhn aus-  
 dehnte auff dem Kreuz / sein recht Maß zu  
 nehmen / und als man Jhn wiederum da-  
 von legte / zum boren hat sich begeben / daß  
 dermassen viel Blut blieb fleben am Kreuz /  
 daß unvonnöthen war es zu zeichnen mit  
 Kreiden oder Dinten. & post pauca ead.  
 pag. Ob schon das Zeichen seiner Länge dar.  
 auff*



auf gezeichnet war/ mit seinem eignen Blut/  
 so haben doch die falschen Henker das Maß  
 verfälschet/ und nahmens etwas länger/  
 weder es die wahre Länge Christi erforder-  
 te/ damit sie Ihn durch dieses Mittel nicht  
 allein kreuzigten/ sondern auch zerglieder-  
 ten. *cap. xxxii. p. 125. addit*: Nach dem die  
 Schergen allbereit angenagelt hatten die  
 linke Hand (de quo *cap. præced. dix-  
 rat*) un̄ als Sie derowegen anfangen wol-  
 ten auch die rechte Hand anzunageln/ fun-  
 ten Sie solches nicht thun / noch ins Werk  
 richten/ wie Sie gern gewolt; denn der ü-  
 beraus grosse Schmerzen des vorigen Na-  
 gels hat den Arm dermassen eingezogen/  
 daß Er mehr als um drey Finger nicht hin-  
 zu langte / da das Loch war gebort / und  
 darinn der andre Nagel solte werden ge-  
 schlagen ic. Und dieser Ursachen halber  
 strecken Sie den Rechten Arm/ damit Sie  
 Ihn brechen zum gemachten Loch; eben-  
 falls zohen Sie den linken Arm ganz stark/  
 damit der Nagel nicht etwa das Fleisch zer-  
 risse; also/ daß Sie Ihn zuvor haben zer-  
 gliedert / und hernach erst angenagelt.



§. XC. *Quarto* quæritur an in cruce  
 erectâ an vero humi prostratâ? Nihil  
 hac in questione definiunt Salmeron, Suarez  
 & Lorinus in *Ps. xxi, 17. nec ego definitio dicit*  
*Cornel. à Lap. l. d. p. 527. 2. Seb. Barrad.*  
*l. d. p. 301* asserit verisimilius esse man  
 ligno humi jacenti fixas esse, pedes ve-  
 ro jam erecta cruce tabulæ quæ cruci  
 addebatur. Alias priori sententiæ fa-  
 ventiores sunt Nonnus & Autor Tra-  
 goed. dictæ ap. Lips. *Lib. II. cap. VII. p. 57.*  
*seqq. consentientem. Bonaventura Lib.*  
*med. vit. Chr. cap. Lxxix. Jo. Molan. Tr.*  
*de Imag. & Picturis; Toletus, Ribera in*  
*Job xix, 18. ac Brigitta Lib. 1. Revelat. c. xv.*  
*it. Gonsalvus, Durand. Dan. Malloni*  
*commentans in Alphons. Paleotti Lib. de Stig-*  
*mat. S. Sindon. cap. xvi. ap. Lapidens. l. d.*  
 qui addit favere illud *Cant. VII, 8. Vi-*  
 dentur idem innuere *Gregor. in c. VII.*  
*Cant. Cyprian. sive Autor Serm. de Pass.*  
*Dom. Chrysoft. 1. Cor. Hom. III, Augusti-*  
*nus de Cruce. & alii Patres per modum*  
 ad.



adscensus locuti; In posteriorem inclinant Anshelm. *Dial. de Pass. sub fin.* Gerhard. *H. P. cap. xiii. p. 626.* Did. Stella *l. c.* Laurent. Justin. *Serm. de Pass. Franc. Luc. Brugens. in Matth. xxvii. 35.* Barthol. *de aperto lat. Chr. cap. VII. & alii.* Uterque modus usitatus erat, prior tamen usitator, ut sedili impositi cruciarii manū antennæ, ad locum supplicii portatæ, jam autem stipiti, (qui crucile, Tertull. *Staticulum* dictus) insertæ affigerentur. Docent id formulæ loquendi: *excurrere, adscendere, insilire, agi, tolli, levare in crucem.* quomodo id peractū & quidem absentibus scalis (quas tamen Dileherr *l. d.* adhibet) docet H. Müller *l. d. not. LIV: In eo* (palo scilicet medio stipiti infixō) *statuebatur à carnificibus quasi in sedili crucifigendus. Tum manus ipse suas extendebat & figendas prebobat; Ut expansas manus ad antennam utring, affigeret carnifex inscendebat illum ipsum palum de medio extantem.*

§. XCl. Quintò quæritur de proceri-



tate crucis : Ubi illorum sententia ve-  
rior, ordinariè (ordinarie inquam, nã  
extraordinarie interdum cruces solito  
sublimiores extitisse nō negabo, cum  
ex Sveton. Tranquillo *in Galb. c. ix.* ex-  
emplum peti possit) non admodum  
proceras fuisse cruces, cum cruciarii,  
ut morerentur citius, flammis ustulari,  
bestiis laniari, lanceis transfodi, cruri-  
fragio plecti in crucibus potuerint, &  
absq; scalis facillimo negotio ex illis  
tolli. quam procerae autem fuerint co-  
natur ostendere Kipping. *Exercit. xxiv.*  
*num. l. p. 174.* Bartholinum impugnans:  
*Exiles non quidem fuerint cruces; sed nec aë-  
rie erant. Statura hominis iusta trium ulna-  
rum est, cruces erant cum altitudine triplice,  
id est novem ulnarum, sex ulnis super terram  
elevatae erant, reliquum ejus infixum terrae  
detinebat stipitem, ne turbinum vi aut alio in-  
commodo affecto, ille facile dejiceretur. Con-  
tendunt quidem Anton. de Guevara  
l. d. cap. xii. p. 47. a. nominans das aller  
gröste Kreuz / deñ es war an der Portion  
das*



Das aller längste/an Form war es das aller  
ungeschlachteste/ an der Condition war  
es nicht recht dürre etc. Jac. Greiser. *l. d.*  
Th. Barthol. *de ap. lat. Chr. cap. VII.* Dan.  
Heinsig *Exerc. ad Nonn. crucem* Serva-  
toris sublimiorem fuisse præ duab9 il-  
lis, quib9 latrones affixi. Ast unde hoc  
probabunt? cum vel ex unico Johan-  
nis c. XIX. hæc altitudo infringi possit;  
ubi legitur v. 21. titulum à prætereun-  
tib9 potuisse legi; v. 26. Christum cum  
adstantib9 potuisse loqui. v. 29. potuis-  
se potari. v. 34. lanceâ latus ejus esse a-  
pertum; quæ sanè in cruce procera fie-  
ri non potuissent. Nec est, ut quis vel  
exaltationem Christi, vel typum ser-  
pentis ænei, adeò elevati, ut undiq; ex  
castris conspici posset, urgeat ex Joh.  
III, 14. cum & ille exaltat9 dicatur, qui  
in locum humanâ staturâ, vel minimo  
mensuræ genere sublimiorē collocat9  
est, & necesse non sit, ut typus cum an-  
titypo suo per omnia conveniat.



§. XCII. *Sextò* quæstio est de coronâ spineâ, an cum ipsâ crucifixus? Existimant quidē nonnulli cum Euthymio (ap. Barrad. *l. d p. 302. 1.*) à militib9 esse, detractam, cum purpureâ vestē exuerint. Origeni tamē, Tertull. *Lib. I. contro. Jud. cap. xiii.* Justiniano *Lib. de Triumph. agone cap. iix.* Brigittæ *Lib. 1. c. x.* & cum his Corn. à Lap. *in Matth. & Marc. p. 527. 2.* & Barrad. non abs re contraria sententia est verior.

§. XCIII. *Septimò* denique quæri potest: an nudus omnino in cruce pepēderit? Responsio petatur ex ipsis Evangelistis asserentibus milites inter se se divisisse crucifixi vestes Matth. xxvii, 35. Marc. xv, 24. Luc xxiii, 34. Joh xix 23. Ex quibus nonnulli colligunt penitus nudum ipsum fuisse in crucem actum; alii vero superiore tantum parte usq; ad umbilicum, reliquâ corporis parte, tectâ, statuunt; priorem sententiâ amplectuntur Athanas. *Serm. de cruce & pass.* Greg.



Greg. Nazianz. si autor *Trag. cit.* Am-  
 brosi<sup>9</sup> in *Pf. xLiii.* & in *Luc. xxiii.* August.  
*Lib. xvi. de Civ. DEI, cap. ii.* & *Lib. xii. contr.*  
*Faust. cap. xxiii.* Cyprian. *Epist. ad Cecil.*  
*Lxiii.* Bonaventura; Tauler<sup>9</sup> *cap. xxxiii.*  
*Exerc. vite Chr. Lipsi<sup>9</sup> Lib. ii. cap. vii. p. 57.*  
 Rob. Bellarm. *Tom. vii. Oper. p. 330. 331.* An-  
 ton. de Gvevarâ in *Mont. Calv. c. xii. p. 50.*  
 Ribera in *Job. xix.* Didacus Stella *l. d.*  
 Cornel. Jansen. *Concord. Evang. c. cxLiii.*  
*p. 262. seqq.* Corn. à Lap. *l. d. p. 533.* Luc.  
 Osiander in *Levit. l. Joh. Kurzmann in*  
*Cor. Chr. spineâ conc. V. p. 177. 180.* Polzius  
 in *Pictura & Figura Chr. crucifi. & cruenti*  
*med. ix.* Scharff<sup>9</sup> *l. d. Kipping. Exerc. xvi.*  
*de Cr. num. II. p. 73.* & nituntur hi aucto-  
 ritatib<sup>9</sup> Artemidori *Lib. II. Onirocr. cap.*  
*Lix.* Arriani in *Dissert. Epicteti Lib. IV. c.*  
*xxvi.* Platonis *xi. de Legib.* reperiantur-  
 que nonnulli inter hujus sententiæ Pa-  
 tronos, qui referente J. G. Hutteno *de*  
*statu Christ. Exinanit. num. xxix.* dicant  
 (quod tamē suo loco relinquitur) *banc*  
 ob



ob causam tenebras per integras tres horas, quarum spatio Christus cruci erat affixus, ne hanc Christi nuditate ullius hominis oculi offenderentur, factas esse; prætereaque totum Christi corpus tantâ sanguinis coagulati copiâ obductum fuisse, ut nullum membrorum discrimen in eo observari potuerit: posteriorem sententiam fovent cum Alphonso Tostato Abulensi *Paradox. V. c. xxxiv.* Barrad. *l. d. Lib. vii. cap. xii. p. 269.* Gerhard. *in Harm. Pass. p. 623.* asserentes verecundiæ ergo femoralia linea fuisse relicta; Sopranius *in Dav. Diss. II. Digress. I. cap. V. p. 377.* qui statuere videtur lumbos & femora Christi obtecta fuisse interulâ, seu tunicâ interiori, quæ cuti adhæserit (ut taceam nonnullos nimis curiosè sensisse virginem Deiparam capitis velamine texisse natum; vel foeminam quandam obtulisse præcinctoriû; vel quendam alium, apud Dionys. Carthus. accurrentem apportasse velamē) Quamvis autem posterioris sententiæ fautores, cum Pictoribus plerisque, verecundiæ



diæ consulere videantur, rectio tamen priores sentire videntur; cum milites, qui plus quã caninã impudentiã cum Christo egerunt, vix hunc ei honorem exhibuisse putentur; patiq; Christus, qui longè etiã atrociora passus, voluit, ut nuditatem Protoplastorum lueret. Crucifixos autem esse nudos exinde etiam apparet, quod Romani cruciarios eodem modo, quo flagellarint, etiam in crucem egerint. Penitus autem nudos flagellasse præter alios Agellio *Lib. x. cap. xiii. Noët. Act.* quoq; docet; & de Christo idem affirmat Brigitta *Lib. IV. Revelat. cap. X. LXX.*

§. XCIV. Sequitur nunc tandẽ ultima Circumstantia, sive τὸ QUANDO: QUANDO aut quo tempore Christus est crucifixus? prolixus hic esse nequeo, nec etiam volo, in diversas enim inciderem sententias, è quibus, quo citò me expedirem, vix sperandum, annũ (+) mensem & diem (\*) quod spectat.

Hoc



Hoc tantum hâc vice assero, minus à vero abesse mihi videri sententiã eorum, qui secuti, plurimam partẽ, Scalligerum & Calvisium (quamvis & hos inter levis quædam differentia) statuunt crucifixionem hanc peractam Anno Period. Julian. MMM DCCXLVI. Olympiad. CCII, anno IV, ætatis Christi xxxv, nondum quidem absoluto, Tiberii xx, Æræ Dionys. xxxiii. Aprilis die Tertio; numerantque quinque ministerii Christi Paschata, quæ ex Evangelistis recensent Georg. Calixt. *Concord. Evang. p. 403.* Theodoric. Hackspan *part. III. not. p. 278 sqq.* Christoph. Crinius *Addit ad Analys. N. T.* & alii (1) Joh. II, 13. (2) Joh. V, 1. (3) Luc. VI, 6. (Videantur hic præter Hackspan. *p. 288 sq.* Dissertationes de *Σαββάτω δευτερογενῶτω* Henr. Mülleri & Joh. Frisemanns) (4) Joh. VI, 4. (5) Joh. XII, 1. c. XIII. Matth. it. XXVI, 2.

† Circa Annum variæ supputantium se produunt sententiæ: nonnullas collegit Jo. Sleida-



danus *De IV. Sum. Imper. Lib. 1.* & ex eo ad-  
 ditis quibusdam *Frider. Hemming. sub fin. Breviar. Bibl.* numerant nimirum Annos ab  
 O. C. ad C. N. juxta posteriorem, cujus ver-  
 ba addam: *Talmudista 3784. Rabbinus Ebr. 3760; Josephus 4102. Origenes Hom. XXIX. in Matth. 4830; Metheodorus 5000; Epiphanius Lib. contr. Manichaeos 5029; Eusebius 5190; Theophilus 3531. (in Sleidano lego 5476) Nicephorus 5500; Isidorus 5210; August. Lib. de mirabil. Ser. 5195; De Civ. DEI 5351; Bedae 3952; Hieron. 3941; (Lambert. Schafnaburg. in German. reb. praeclare olim gestis p. 6. b. juxta eund. supputat 5199.) Alphonso Rex Legionis & Castella 5984. Jos. Scaliger. 4712. (Calvisius 4711.) Bibliander 3979. Henr. Bünting. 3967. (in Harm. Ev. p. 5. & in praedia Christi p. 81.) Joh. Funckius & Phil. Melancthon. 3968. (in Chron. Carion. part. II. seu Lib. III. p. 194. lego 3963.) Erasmi. Reinhold. Chytraeus 3962. Joh. Lucius (Lightfoot ad Matth. I. p. 195.) Mart. Lutherus 3960. (in ejus supputat. annor. Mundi edit. V Vitteb. 1541. in notis vero Bibl. margin. ad Luc. II. 3970.) Henr. Volphius Lib. II. de Temp. 3958. Jo. Sleidan. de IV. Summis Imper. 3954. (Lib. II. p. 158.) Joh. Picus, Comes Mirandulano, quem sequuntur Buchelzer, Leonh. Krenzheim, Dresserus (de Fest. dieb. p. 50.) & alii 3970. Annos autem aetatis Christi quod attinet, Irenaeus Lib. II. cap. XXXIX. XL. p. 293. 294. asserit, ipsum non multum abfuisse à quin-  
 qua-*



quagesimo ætatis anno, cum crucifigeretur ;  
 cujus rei testimonia petuntur ab ipso (non  
 autem inveniuntur, ut cuilibet apparet)  
 partim à senioribus, qui in Asiâ apud Johan-  
 nem, Discipulum DEI, convenerint, illudq;  
 deinde tradiderint ; partim ex Evangelio,  
 (ubi dubio procul respicit ad verba Joh. II, 9,  
 57. licet quidem Casaubon. *Exerc. XVI. num.  
 CV. p. 18. ad Ann. Bar. Ann. XXXIV. num.  
 CXLII* id negare conetur, verba tamen *cap.  
 seq. XL.* manifesta satis sunt) partim ex rati-  
 ocinio, quod omnem ita ætatem, quia circa  
 quinquagesimum senectutis initium, ita im-  
 plexerit. Similis est eorum sententia, qui, ut  
 Augustin. *de Doctr. Christ. Lib. II. cap. XXIX.*  
 ait, existimârunt annos XLVI. ipsum vixisse,  
 quia tot annis ædificatum templum Joh. II:  
 Ut taceam Paulum Episcopum ap. Chemn.  
 qui trigessimam sextam crucifixionis Christi  
 annum sibi à Paulo Apostolo esse revelatum  
 somniavit : Verum annorum horum certior  
 supputandi ratio ex Luc. III, 1. & ex subsequen-  
 tis ministerii Christi pascharib9, peti potest,  
 quamvis & hic diversas Autorum reperire li-  
 ceat sententias, dum nonnulli, quos inter  
 Tatianus, Tertullian. Clem. Alexandr. *Lib.  
 I. Strom. Valentiniani (ap. Irenæum Lib. I.  
 cap. 1. p. 12.)* & alii semel tantum ; alii, ut Sam.  
 Petit. *Eclog. Chronol. Lib. I. c. XI. XII.* Gerh.  
 Joh. Voss. *in Dissert. de Temp. mort. Chr. bis ;*  
 alii eosque secuti Epiphan. Hieron. Dion. Pe-  
 tav. Cornel. à Lap. Helvidius ter ; plurimi,  
 &



& inter hos Baron. *Ann. xxxi. num. 1.* Tor-  
niellus, Svarez, Barradius, l. d. Joh. Maria-  
nus, Salianus, Chemnicus *Harm. proleg. c.*  
*111.* V Vilh. Lyserus *Disp. VI. in Job. S. 1. x.*  
*x1. x17.* Erasmi. Brochmand, *in System. Fried-*  
*lib. in Th. Ex. Tom. II. p. 209.* & *in Medul. p.*  
*651.* quater; Nonnulli quinqvies (cujus sen-  
tentiae primus Autor fuisse putatur Gerh.  
Mercator, quem secuti Jos. Scaliger; Casau-  
bon, *Exerc. xvi. p. 395.* Gottvald, Melchior,  
Calvisius, Calixtus, Hackspan.) Pascha ipsa  
celebrasse statuunt. plures sententias leg.  
ap. Barrad. *Tom. IV. Lib. 1. cap. IV.*

\* *De die & mense, quo Christus mortuus est tan-*  
*ta est discordia veterum & recentiorum, ut*  
*adhuc sub iudice lis sit; inquit Bellarm. Lib.*  
*II. De Rom. Pont. c. V.* Sunt enim qui pro Mar-  
tio & alii qui pro Aprili pugnant. (*Vid. Faes*  
*l. d. S. CCCCXLIII. seqq.*) pro Martio faciunt  
illi, qui referente Hugolino Martello ex Au-  
gust. VII. Mart. tradiderunt; Theoph. Cas-  
sariens. qui XXII. eius diem asseruit; sive XXIII.  
(*in Harm. Ev. Bunting.*) quem & Lactantius  
*Lib. IV. Instit. cap. x.* (in quo tamen varia le-  
ctio notatur à Barrad. *Tom. III. cap. 11.*) Eu-  
sebius; Augustin. *Serm. xxi. de Temp.* Dio-  
nyf. Petav. *Rationar. Temp. part. 1. Lib. V. p.*  
*281.* numerarunt & nominarunt; quibus ac-  
cententur Beda *Lib. de rat. Temp. cap. Lxv.*  
Ado Viennens. *in Breviar. Chron. etat. I.*  
Anshelm. *Lib. II. de Imag. Mundi.* qui tamen  
in cap. XXVII. Matth. à se ipso dissentit, ad  
XXI.



XXI, pronus; Baromus; cui XXIV; Epiphanius *Her. L.* (& ex Svarazio consentiente consentiens & ipse Cornel. à Lapide *ad M. & M. p. 535. 2.* quos allegat) Chrysostronus, Augustin. *Lib. XIX. De Civ. DEI.* (qui sic sibi etiã difficilis) Tertullian. *Lib. adv. Jud. cap. de Pass. Chr.* Thomas, Antoninus, Platina, Ufuardus, Barradius itidem *Tom. III. cap. XXV.* quibus dies ille miraculorum plenus (de quibus legatur carmen Frider. Taubmanni *in Schediasm. Poët. p. 89. 90.*) arridet, XXV. Martii; Victor Aquitanicus, autore Middelburg *part. II. Lib. II. cap. V.* ad XXVI. dicti Mensis accedit, quibus alii, quorum Beda *lib. d. cap. LXX.* mentionem facit, calculũ adjiciunt, & è recentioribus pollicem premunt Franc. Maurolycus & Onuphr. Panvin. Paulus Foro Sempronienf. Episcop. *xxx. statuit, ap. Barrad. cap. XXV.* pro Aprili certant alii, & quidem pro die II. nonnulli, referente Martello; Gerardus item Mereat. ap. Bunting. *pref. Harm. Evang.* pro Tertio Joh. Lucidus *lib. de vero die Pass. Chr. cap. IX.* Toftatus Abulens. *part. II. Defensor. c. XVI.* Roger. Bacon. Fr. Paul. Brugens. Pontacus *in Chronogr.* Joseph. Zarling *in Lib. de vero anno & die, quo Christus crucifixus.* Rod. Hospinian. *De Orig. Fest. Christ. p. 66.* Calvinus *in Epist. ad Reufner.* Joh. Förster. *Hom. II. De Pass.* Barthol. Scultetus; Henr. Bunting. *in Itiner. part. II. p. 29;* it. *in Harm. Evang. prefat. & p. 105.* Jac. Helvvig. *l. d.* & alii Scalli-



liger de Emendar. Temp. juxta Faes, ad Eius  
 accedat, cum Middelburgens, qui tamen  
 cum Mæstlino, tradente Heliszo Röslein in  
 prodromo. Dissert. Chronol. c. xi. p. 327 ) XXX.  
 April. eligat cujus sententiæ etiam V Volffig  
 putatur Lib. II. Chron. &c. Hoc certum est fu-  
 isse feriam sextam, & quidem Parasceven pa-  
 schatis Judæorum: Ubi obiter notetur, quã-  
 tus Judæorum erga Christum furor fuerit, quã  
 exinde etiam elucescit, quod eas quoque Pa-  
 trum Traditiones, quarum alias observantis-  
 simi, ideo neglexerint. In Misn. Sanhedr.  
 cap. IV. §. 1. habetur, & postea à Maymonide  
 Hal. Sanhedr. cap. XI. §. 1. 11. traditur judicia  
 capitalia non cœpisse exerceri pridie Sabba-  
 thi, aut Festi, ne in Sabbatho ipso aut Festo  
 damnatoria sententia pronunciaretur, in-  
 deque reus eodem die (nam executio senten-  
 tiam dictam statim excipiebat) morti trade-  
 retur. Verba Misnæ sunt דיני ממונות  
 גומריין בו ביום בין לזכות בין לחובה  
 דיני נפשות גומריין בו ביום לזכות  
 וביום של אחריו לכובה לפיכך אין  
 : Judicia דנין לא בעש ולא בעיט  
 pecunaria eodem die deciduntur, si reus  
 absolvatur, si reus damnetur; judicia capitalia  
 eodem die (cœpti scilicet judicii) quoad sen-  
 tentiam absolutoriam perficiuntur; si ad con-  
 demnatoria non nisi postridie fertur, quoad am-  
 ob. rem nec pridie festi, aut Sabbathi exercen-  
 tur.



*zur.* Verum hanc hic neglexerunt : neglexerunt & aliam traditionem, quæ iudicium capitale nocte auspiciari pro illicito habebat. Misn. Sanhedr. ex Majmon. *l. d.*

§. XCV. Restat Hora, circa quam ob *ἑνὰ πρὸ φάσεως*, dum Marcus c. XV, 25. tertiæ; Johannes autem cap. XIX, 14. sextæ fermè mentionem facit, eijusmodi restat difficultas, quæ Casaubono dicente *Exerc. xvi. num. Cx. p. 589.* & veterum & neotericorum Interpretum optimum queng, habuit exercitum; ob quam non nemo apud Ursinum *Biblic. Vindemiol. Decad. Dissert. xi p. 31*, exclamavit: *Elie adventum esse expectandum, qui nobis ista ἀπορα solvat.* Conati quidem sunt nonnulli vires suas hic experiri, ast nodum non solverunt sed sciderunt, dū Evangelistis mendam aspergere non sunt veriti, quasi vel ipsi lapsi (de quo videatur Baron. *ad A. xxxiv. num. CLx.* vel ab Amanuensibus  $\zeta$  &  $\Gamma$  senarii & ternarii numeri notæ (ac si Evangelistæ numeros notis istis, & non explicitis

sis



sis verbis, notârint) permutatæ sint; quæ-  
 runt autem mendam nonnulli in Marco: monet enim Petrus Come-  
 stor, ex autoritate Hieronymi in *Psal. LXXVII.* (si is autor *Commentariorum*  
*Salmos*) in Marco sextam itidem  
 scriptam; cui opinioni etiã ver-  
 sio Æthiopica favere videtur; Alii au-  
 tẽ in Johanne, moti autoritate Theo-  
 phylacti in *Joh. XIX.* & Nonni, qui ter-  
 tiam, vel legit, vel legendam putavit,  
 dum ab ipso dicitur *τρίτη θανατηφό-  
 ρος ὥρα* *tertia lethifera hora*; facit & Ca-  
 merario *ad Marc. XV.* mentionem Ma-  
 nuscripti, in quo apud Johannem le-  
 ctum sit: *ὥρα δὲ ὡς τρίτη.* allegant &  
 quidam Petri Alexandrini scriptum  
*ἀνεκδοτον de Paschate*, ex quo sequentia  
 verba proferunt: *Ἦν δὲ πρὸς σκευὴ τῶν πά-  
 ρα. ὥρα ἦν ὡς τρίτη, καὶ ὡς τὰ ἀκριβῆ  
 βιβλία περιέχει, αὐτότε τὸ ἰδίόχειρον τῶν Εὐ-  
 αγγελιστῶν. ὅπως μεχρὶ τῶν νῦν πεφύλακται  
 χάρτι θεῶ ἐν τῇ ἐφεσίῳ ἀγιωτάτῃ ἐκκλη-  
 σίᾳ, καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐκείσε περισυνεῖται.*



Erat hora quasi tertia, sicut habent libri accurate descripti, atq; adeo ipsum autographum manu propria Johannis Evangeliste scriptum, quod gratia Dei ad hanc diem servatum extat in sanctissima Ephesiorum Ecclesia, & a fidelibus eo accedentibus magna cum reverentia invisitur. Proni etiam sunt in sententiam H. Casaubonus d. l. Petrus Ravanell. in *Bibl. Sacr. part. I. p. 1165. Tit. Hora.* Theod. Beza in illum locum Marci. Erasm. Roterod. in not. N. T. Francisc. Toletus, Gerh. Joh. Vossius Lib. II. *Harm. Evang. cap. VII, & alii.*

§. XCVI. Alii autem, quibus mendax Sacrum codicem arguere religio, de aliis solvendi modis fuere solliciti: & quidem August. *Tract. CXVII. in Jo.* & in *Pf. LXIII. it. Lib. III. De Consens. Evang. cap. XIII,* licet parum feliciter, assente Calixto *Conc. Evang. p. 503,* duas conciliandi rationes proponit, quarum prior Judicio Gerhardi in *Harm. sæpe dicta* coacta, posterior longè coactior, cum res iis intricetur potius, quam expli-



ULB Halle  
003 777 340

3



5b.

VD 77

1



uesumus dñe pro tua  
pietate miserere anime  
te tue: 7 a cōtagus mor  
tis exutam i eterne sal=  
tionis partē restitue: Per  
minum nostrū


*Secreta*

is sacrificijs dñe q̄s ani=  
a famule tue a peccatis o=  
nib⁹ exuat. sine quibus ne  
liber existit: vt per bec  
lacationis officia perpe=  
misericordiam conse=  
at: *Oratio*

*Complenda*

nueniat q̄s dñe anima fa=  
lucis eterne consoz=  
is perpetua gratis





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ΕΤΑΥΡΩΣΙΜ  
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

*b. e.*

CRUCIFIXIO  
CHRISTI

juxta circumstantias,

*quas*  
verficulo:

*vis? Quid? Ubi? Quibus au-*  
*xiliis? Cur? Quomodo? Quando?*

*nonnulli*  
includerunt,  
*delineata*

Johanne Engelmann.

Cygnæ Cassitero Ebeliano  
clō lōc LXXVII.

*Se Postquam dignis 2*  
*Sanctis Anis*

